



# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Qvæ Flagellvm Peccatorvm Sev Conciones De Fame Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

III. Inuectio in eos qui de rebus Dei passim quærun, quomodo? &c. 2.  
Magni Viri eiusmodi aliqui. 3. Vt loquuti sunt Prophetæ. 5. arduum  
intellectui bonos mala, iniustos bona tenere. 6. Bona malaue ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55934)

desolatae & incultae iacent, si immorigeri quidam ex-  
teri nunquam in eas pedem intulissent? Sedes sola ciui-  
tas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium,  
princeps prouinciarum facta est sub tributo. Eiusmodi vi-  
cissitudines, ab extraneis prodigo similibus.

Virgilius 4. *Aeneid*: *Felix, heu nimium felix, siliu-  
ra tantum*

*Nunquam Dardania resigissent nostra castra,  
merito dixerint ex ipsis nonnullae, quarum periculo  
& dispendio prudentiores utinam euadatis. A-  
men.*

---

### CONCIO TERTIA.

*Græc.* 4.14 *δαπανήσαντες δὲ αὐτὸ πάντα, ἐβίη λυγρὴ  
ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο  
ὑπερῶς ἐγεγε.*

*Vulgata.* 4. 14. Et postquam omnia consummasset, facta  
est fames valida in regione illa, & ipse cepit e-  
gere.

*Syriaca.* 4.14. *Quumq; consumpsisset quicquid habebat, fuit  
fames magna in regione illa, & cepit egere.*

### ARGUMENTVM.

1. Inuectio in eos qui de rebus Dei passim querunt,  
cur, Quomodo &c. 2. Magni viri eiusmodi aliqui. 3.  
Ut loquuti sunt Prophetæ. 4. Curiositas at heuisticô-  
cludit. 5. Arduum intellectui bonos mala, iniustos bo-  
na tenere. 6. Bona, malaue non denominant perso-  
nam, adeoque nec bona nec mala dicenda. 7. Qualis  
sit Deus. 8. Iusti afflicti ut eorum impediatur arro-  
gantia. 9. Ne Dei obliuiscantur. 10. ut vitij omnia  
præcludatur. 11. Ut purgentur. 12. Ut se agnoscant. 13.

Vt agnoscantur. 14. Vt lauream promereantur. 15. Vt pietas exerceatur. 16. Vt Dei in se amorem habeant exploratum. 17. Item honorem quo afficiuntur. 18. Vt virtus eorum sit nota. 19. Vt Deum perfecte diligant. 20. Vt melius inueniant. 21. Vt spectatoribus prosint. 22. Decus est, iusto affligi. 23. Item Deo. 24. Non est alius esse spoliandus, ut amicitur spolians. 25. Duplex ius, & ut Deus minime iniustus affligens iustos. 26. Epilogus mixtus.

**M**E fugit, Auditores, quænam insania, aut magis rabies possideat curiosorum mentes, appetere audientium providentiam Dei; eius consilia excutere, quia ad libellam rationum humanarum non trutinata. Enimvero prudentis ne, hospitis aliquot dierum infrugalitatis œconomum accusare? Aut Provinciam per triennium & quasi cancellos hospitij vite leges temnere? Aut, deestne filium contendere de rebus patris, aut brutum Platonizare, sine argumentatione in hominem? Itaque impudentia & malo genio agitantur, qui vnus diei hospites in hoc mundo; filij Dei, minus rationales ad Deum collati, brutis, ad ipsos, carpere nituntur œconomiam Dei in hac ampla familia; dispensationem administrationemue Reipublice vniuersalis huius discutere. Equum, scilicet, hominem qui præter turres & montium crepidines nil videt, qui nisi obuia aduertit; proprias non agnoscit operationes, imò nec seipsum, non sufferenda temeritate nitatur rimari arcana Dei; maxime verò cur Deus iustos exagitet flagellis aduersis, diuersis; plus requici non concedens eis quam venti pinnulæ, aut Euriporustus, impijs afflet aura secunda, prosperè cuncta cedant, sceptrum donet, eorum vertices diademate redimit, purpura ornet humeros, cordi gaudium, arcis thesauros ingerat?

Job. 12. Abundant tabernacula prædonum.

Psal. 72. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.

Psal.

Psal. 143 *Promptuaria eorum plena eructantia ex his in illud. Oves eorum fetose abundantes in egressibus suis boues eorum crassa Non est ruina maceria neque transitus, neque clamor in plateis eorum.*

2. Verum eorum non vnus & alter plebeius, sed innumeri penè Reges Philosophi, quin & Prophetæ, quæstiones instituerunt, Imperatrix Liuia, Cæsaris vxor, Drusi genitrix turbatur plurimum quod cultus pro viribus Dijs occubuisse videat charum Drusum suum; in atheismum siue Diagorismum labitur; dubitat an sit Deus, perperam remunerata pietate sua.

Quid epist. consolatur ad Liuium: *Cæsaris vxoris filia dicere fas est*

*Iam dubito magnus an rear esset Deus*

*Nam quid ego admisi? Quia non ego numina colui*

*Quos ego non potui deterruisse Deos:*

*Hic pietatis honos? Artis amplector inanes.*

Ast mulieris, Augusta; de morte filij augusti matris male affectæ sunt ista; sapientius forte viri.

Cicero lib. 3. de natura Deorum versus finem, dicit Telamonem, magni Achillis (vt ieor) patris am dubitatis, num Deo cura essent hæc inferiora. Si enim eorum ipsi aliqua est cura, aiebat benè haberent boni, malè mali Ciceronis verba sunt: *Telamon uno versus verum conficit. vtrum Dii homines negligant. Nam si curant bene bonis sit, male malis quod nunc abest. Debeant quidem illi omnes bonos efficere, si quidem hominum genus bene consulebant; sin id minus, bonis quidem certe consilere debebant.*

Ibidem meminit Cicero proborum multorum assectorum, & malorum prosperantium; inter ceteros & Scæuolæ Mystagogi exemplaris prudentiæ & comperantix, cæsi coram simulaculo Vestæ. \* Adducit ad propositum sanctus Augustinus post Ciceronem exemplum Reguli tribuni Romani, qui infelicitè diem clausit extremum in vinculis, vitam degit in seruitute, egestate, vigilijs assidujs, qui palpebris oculorum derasis, in sterquilino dimissus. Ibidem post eundem

§. Lucanus l. 2. Ante penitente dextera semperq; cælestes mastrauere focos.

commemoratur D. Augustinus profligatissimum Syl-  
 lam in patria perditionem natum, perfidum, omnium  
 perfidiosissimum, inquit Cicero, qui ut historicus pariter  
 que Poeta Lucanus libro 2. ait, *Vir ferus, & Romanum*  
*cupienti perdere fato sufficiens*: magis Romanorum si-  
 tiebat cruorem, quam lupus ad oves anhelet: vir trux,  
 qui cedis obuiorum quorumcumque militibus si-  
 gnum dederat si non resalutaret salutaris: qui attra-  
 men septimo Consulatu claruit, spolijs multarum  
 Coloniarum ditatus fuit; longænos vixit dies, ac tan-  
 dem placidè domi naturæ concessit. *Felix eversa Con-*  
*ful moriturus in urbe.*

Cicero oratione pro Sestio meminit calamitatis Mil-  
 ciadis & fugæ iusti Aristidis.

Idem lib. 3. de natura Deorum dicit Dionysium ty-  
 ranorum regnasse annis quadraginta duobus in vrbe  
 opulentissima, ac spoliatis multis Deorum phanis de-  
 num tranquillè fato celsisse, nato primum instituto  
 hæredè tyrannicè partorum, ac si optimo iure ea ade-  
 ptus fuisset.

Atque, ut Paganos mittamus, quis æstius sufficiat  
 dies, etiam protractus tot horis quot Ezechia, aut Jo-  
 sue dies, recensendis infortunijs Abelis iugulari. Loth  
 iniuria affecti, Iacobi persecutionem sustinentis, Jo-  
 sephi odio habiti venditi, falsè accusati, iniquè incar-  
 cerati; Israelitarum seruentium. Tobia cæci, Iob luc-  
 pessima percussu, Machabæorum cæcorum, Isaiæ secti,  
 Danielis leonibus obiecti, puerorum fornaci iniecto-  
 rum, discipulorum flagellatorum. Stephani lapidibus  
 obruti. Petri in crucem suffixi; omnium denique qui  
 in se experti sunt verissimum, Deo necessitudine iun-  
 ctos fortunæ esse ludum?

Eccl. 2. *Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia*

Et in timore & prepara animam tuam ad tentationem.

2. Tim. 3. *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu,*  
*persequutionem patientur.*

2. Cor. 6. *Dei ministri in multa patientia, in tribula-*  
*tionibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceri-*  
*bus.*

\*D. Aug.  
 l. 2. de  
 Civ. c. 2. 10  
 com. 5.  
 Idem l. 2.  
 c. 24. de  
 Sylla cru-  
 delissimi  
 prosperi-  
 tate.  
 Cicero 3.  
 de Nat.  
 Deorum.  
 Lucan.  
 l. 2.

Iosue 10.  
 4. Reg. 20.  
 Gen. 4.  
 Gen. 19.  
 Gen. 27.  
 Gen. 37.  
 Gen. 39.  
 Exo 12. 3.  
 Tobia. 2.  
 Iob. 1. 2.  
 &c.  
 2. Mach.  
 7.  
 Heb. 11.  
 Da. 6. 14.  
 Dan. 3.  
 Act. 5.  
 7.

*Psal. 87. Omnes fluctus tuos induxisti super me.*

*Lactantius lib. 3. institut. cap. 3. Et post ipsum D. Ambrosius tomo 1. l. 1. Officiorum cap. 12. dicunt deliri Epicuri animum adeo distortis se ista, ut cum alijs quibusdam ausus fuerit profus negare providentiam Dei, se sibi fingere Deum otiantem, araneum sopore aeterno sopitum, lethargicum, siue Deum mortuum: nihil melius enuntians quam qui mentiebantur.*

*Job 22. Circa cardines cali perambulat, nec nostra considerat.*

*Pl. 72. Dixerunt; Quomodo scit Deus: Et si est scientia in excelsis? Ecce ipsi peccatores & abundant es in seculo obinuerunt diuitias.*

*Cicero 2. de Nat. Deorum: Nihil curare Deo, nec sui, nec alieni, sed monogrammos, & nihil agentis ponit Epicurus.*

*Juuenal. Satyra 13. Sunt qui in fortuna iam cognita omnia ponunt,*

*Et nullo credunt mundum rectore moueri,*

*Natura voluens vices, & lucis & anni:*

*Atque ideo intrepidi quacumque altaria tangunt.*

*Claudianus l. 1. Sapè mihi dubiam iraxit sententiam mentem*

*Curarent Superi terras, an nullus inest,*

*Rektor, & incerto fluerent mortalia casu,*

*Cum res hominum tanta caligine volui*

*Aspicerem, letosque diu florere nocentes*

*Vexarique pios: labefacta cadebat Religio.*

*D. Ambrosius l. 1. Officior. cap. 13. Aristoteles affinitusque ad Lunam descendere Dei providentiam: Inhumanum certè & crudele, patri non esse curæ sobolem, & auctori facturam suam: eam fortunæ arbitrio committere, haud secus ac qui alueum fodit aquam fluminis suo permittit, eius sinus & anfractus deinceps non curans.*

*3. Amplius; hæc impiorum prosperatio, & proborum cribratio, dura quandoque visa est: Propheta Nonne Ieremiæ mens quasi absorberetur hac cogitatione, & cum Deo contendere velle videtur?*

Jeremia 12. Iustus quidam tu es Domine si disputem  
tuum; verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impio-  
rum prosperatur, bene est omnibus qui prauaricantur? &  
maque agunt? Plantasti eos & radicem miserunt, & fa-  
ciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longè à renibus  
eorum.

Regius Vates in atheismum & blasphemiam deuol-  
uitur sermè, cernens impiorum ratem secunda spiran-  
te aura fecit super æquore mundi.

Psal. 72. Mei autem poenè moti sunt pedes, poenè effusi  
sunt gressus mei Quia zelauit super iniquos, pacem pecca-  
torum videns: quia non est respectus morti eorum, & fir-  
mamentum in plaga eorum. In labore hominum non  
sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et post  
multa: Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obti-  
nerunt diuitias. Ecce, in sit, quis non demittetur? Exu-  
berant bonis impij: voraces pisces voratam iacturam  
pistnam reuomunt, licet voluntariam ex parte pa-  
tictotium, vt Polycaris; volentes nolentes dispendia  
nesciunt: foribus educta, per fenestras remeant: dor-  
mientibus accedunt bona: vrbes & arces dum suavi-  
ter dormiunt in eorum retia fluunt spontè, vt acci-  
dit Timotheo Atheniensium duci: abundant thesau-  
ris ac quæ iniectis, ab nescio quo s. Nicolao: ex omni  
oto nascitur ipsis pullus; ex omni fodina aurum e-  
ducunt, cum Myda: ex omnibus argentum cum Chi-  
mulus fiugunt: Alba gallina filij sunt: bonis interim ca-  
lamitosis.

Subiungit: Et dixi: Ergo sine causa iustificauit cor  
meum, & sui flagellatus tota die, & castigatio mea in  
matutinis.

Hand minus super sapiens Ecclesiastes, cernens  
peccati mancipia, (sic enim vocat impios) sequis insi-  
dere, principes & potentes, id est, ex sententia D. Gre-  
gorij, iustos, & surum passonum dominos, pedibus  
irestragulis ferri improbos, beatos; pedes ire pios, ab-  
iectos.

Eccles. 10. Vili seruos in equis, & principes ambulantes  
quasi seruos super terram.

Plutar-  
chus. 10<sup>a</sup>.  
Diacon.  
& Meta-  
phras. in  
vita S.  
Nicol.

D. Greg. l.  
31. moral.

Quin ipse Job molestè videtur ferre tabernaculum prædonum vbertatem; rursus innoxium passum fundere riuos tachrymarum ob calamitatem.

Job. 12. *Abundant tabernacula prædonum, & auulter prouocant Deum, cū ipse cuncta dederit eis in manus.*

Job. 6. *Vinam appenderentur peccata mea quasi iram merui. & calamitas quam patior in statera: quasi arena maris hac grauior apparetur; unde & vbera dolore sunt plena. Quia sagittæ Domini in me sunt, & errores Domini militant contra me.*

Job. 17. *Non peccaui, & in amaritudinibus mortuus oculus meus.*

Joan. 9. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondet Christus: Neque hic peccauit, neque parentes eius. Id est, teste D. Augustino, cæcitas non est pena peccati.*

4. Qui igitur sic regitur mundus? Non videtur inde Deus non respicere neque curare inferiora, remanque nostratum nihil scire, ut volebat Epicurus?

Psal. 72. *Quomodo scit Deus? Et si est scientia incelsus? Si negantes esse, velius Deum esse oculum illum*

Psal. 13.

*magnum qui è caelorum crepidine, velur speculor et specula speculetur vniuersa: Dominus de celo proficit super filios hominum, ut videat si est intelligent, aut requirens Deum; infertur impotens & infirmus, ac certe in rebus suis ineptus, qui probos bonis non commulat, malos malis; imò demittit & effundit vultu uerforum super iustos, Pandoras vero bonorum omnium super impios. Si malè vos habet impotentia omnipotentis, stoliditas in eo, à quo omnis promptitudo & ingenij vis; igitur ita incidit, quia non vultu liter; adeoque iniquus statuendus erit, qui bona non præmiat, malefacta non punit. Si iniquitatem, iniustitiam uè, aut impotentiam, aut stoliditatem in Deo conceditis, diuinitatem euertitis: si somnolentum, & monogrammmum cum Epicuro; id ipsum. In quas conclusiones facillè labantur ignari argumentorum, quibus optimus, potentissimus Deus mouetur ut res mundanas dispenset, administret uè modo, quo boni*

plurimum patiantur, impij verò exultent & prosperentur dudum. Quibus Epicureis, & Atheis illationibus propulſandis sermonem hodiernum inſumemus, monſtrando cur affligantur boni; cur rego, in qua agebat prodigus, ſi innoxia, vrgentis famis flagello caſtigata. Dum diſtinctè partes meas ſubico, vos audite quantum poſtulat maietas ſubiectionis, continentis patrocinium, abſolutionem que Dei aduerſus zelotes, qui *Iniquitatem in excelsis loquuntur*; quantum obſcuritas exigit; quantum manans a re probè intellecta ſæpius videtur mereri. Ante omnia verò, ſive admittantur aut admitti poſſint rationes mee, ſive non, fateor rem mihi impoſſibilem, ri Davidi Regi operoſam, horum exactam reddere rationem. *Hoc labor eſt ante me donec intrem in ſanctuarium Domini, & intelligam in nouiſſimis eorum.* Iterum palam teſtificor cum D. Auguſtino: *Dei plenè iudicia nemo comprehendit, iuſte nemo reprehendit.* Ea minime comprehendendo, multo minus reprehendere intendo; tam unmodò ſumma cum reuerentia deprecere que lectione didici. Efflagitemus autem gratiam à Deo.

*Pſal. 72.*

*Aug. 10. c. 1. 2. de ciuitate d. 23.*

AVE MARIA.

ſ. ſicuncta diſpenſantur prouidentia Dei, quam Græci vna dictione *ἰσχυρὸν* adpellant, mirum, pios malis opprimi; mirum, quod facta eſt *fames valida in regione illa* apparenter iuſta: Mirum peccatores bonis & proſperis redundate. Hæc eſt multorum quaſtio, cui vt ſatiſfaciam adparo mouetale autum. Vt enim ennuentò quò omnis rollatur amphibologia, & procul atceantur analogæ, quaero quidnam intelligant illi per mala iuſtorum, & bona peccatorum? ve enim exotice quaererem, Quare valentes ita infirmeantur; infirmi cur tam benè valeant: qui infirmi ſint fortes; & fortes infirmi. cur athiopes tam candidi; candor tam ater; quod ſanitas ſanum, infirmitas infirmum, candor candidum faciat: ita citra quaſtiones in diuerſa nitentes audire non queo; Quare boni tot tactis que

premantur malis; impij cumulentur bonis? Donabunt itaque venia (reor) si que fiero ut intelligant hocce dicendi genus sibi ipſi repugnans & diſcors. Sed retuſior eſt ingenioli mei acies, quam ut penetrare diſſeruari queam, qui iuſti malis, & iniuſti bonis abſcedent. *Daurus ſum, non Oedipus. Non in breſſipi ſonant Parnaffo. Non ſum Chriſtus, neque Elias, neque propheta.*

*Terent. in Euripides in Hippolyto coronam geſtante: Non ſum augur, ab diſſa ſſire uti queam palam.* Aiuſ: intelligimus per bona, ſanitatē, corporis vigorem, opoth honores, fauores, imperium &c. Per mala, morbos, languores, incipiam, bonorum iacturam, privilegiorum, amicorum amiſſionem, abiectiōem, detractiones, Perſius in *accuſationes falſas, vxorem moroſam, prolem immorigeram, amicos ingratos; tentationes demerit carnis; & alia id genus turbantia requiem humanæ naturæ; ſive nobis ipſis incidant; ſive nobis conuictis aut conuubio, aut ſanguine, aut aſſiſſitate, ſuſſeſſione libera, ut amicis &c. Acuros certe Philoſophos, dignam Epicurea ſeropharobolem; qui abſolūtè bona, mala eſt dicunt quæ indiſſerentia; bona, quibus non efficiuntur meliores; mala, quæ deteriores ren faciunt.*

6. Cicero i. parad. *Quid quamue bonum eſt, quod non cum qui poſſidet meliorem facit? Calidumue, quod non calefacit? Malumue, quod non corrumpit? Lumen quod non illuminat? Virus, quod non inſicit? Quæ bona, dicitis, hominem meliorem ex ſe non efficiunt, ideoque illuſtre boni nomen non merentur Simylerior Hippocrate, ſanior piſce, robuſtior Sampſone, Alante, Hercule, Leones diſſerpat, celi molem certuſſibus ſuſſineam; ſim Salomone, Mydaque ditior ſue-*

*a D. Aug. l. 2. de ciu. rim ſepties Conſul, ut a Marius, de quo Lucanus; ſi cap. 2. primus exequitur repetitio ſaſſibus annuo: egerim tertio Lucā. l. 2. miniſtrum Prouincialem, ut ex noſtris, F. l. Hayaſſim b Valer l. fortunatior b. Metello bonis corporis, & ingenij do-*  
*7. & Pli. tribus; conſulatu, bello, triumphis, filijs hono-*  
*ninus l. 7. ribus claris, filiabus illuſtri matrimonio collo-*  
*catus;*

atis; annosa senectute deficiam leniter ut ipse : sim  
 beator Gyge, felicior Polycrate, *Cuius velle ac posse in  
 aquo positum erat*; cui nil peribat, quod illico non recu-  
 peraret: arrideat fortuna magis quam Druardo Mon-  
 tano, nostri seculi, cognominato beato, a commercij  
 prosperitate; denique possideam in solidum quicquid  
 bonum dicitis, non ideo melior ero: rursus, sim vale-  
 tudinarius magis Maecenate, aut optimo parente meo  
 defuncto, qui quorannis ferè ægrotabat; sim ægrior e-  
 gritudine ipsa; lobo pauperior; vermibus magis nudus;  
 cane magis seruus; iniuria & falso magis accusatus Io-  
 sepho, Susanna, Athanasio, Hyppolito, Bellerophon-  
 te; sit mihi coniunx mula, aut Xantippe Socratis mo-  
 rtor : sint nati immorigeri magis quam Abel Ada-  
 mæ, Chiam Noë, Ismaël Abrahamæ; Esau, Isaac, Ruben,  
 Jacob, Absalon & Ammon Dauidi; sint amici ingrati-  
 ores, si fieri potest, Iuda, Jesu Christo, Iuda qui osculo  
 perfido optimum magistrum prodidit; tentet me a-  
 ctus Satban quam Christum & S. Anthonium in de-  
 feris; sint vehementiores carnis stimuli, quam S. Pau-  
 lo; calum denique, terra, vnda, flammæ, astra, vni-  
 versa creatura atterur & consurgat aduersum me, an  
 ideo minus probus efficiar? Consequitur falso ista  
 dici simpliciter vel bona, vel mala, quæ vtique, in ho-  
 mine imprimere non queunt suas qualitates; mala,  
 deteriore, bona meliorem efficiendo : quemad-  
 modum falsò ignis diceretur calidus; astra, & gemi-  
 nae illæ prægrandes faces, sol inquam, & luna, *lumi-  
 naria magna*, si ignis non calefaceret, sol non illustra-  
 ret diem, & luna noctis densas non irradiaret tene-  
 bras. Imbuant enim qualitates prout sunt benè vel  
 male res : si qualia non efficiunt & denominant non  
 sunt qualitates. Si verò bona, malaue quæ dicunt,  
 quidquam possunt in possidentes, potius malitiam  
 quam probitatem imprimunt bona; sunt *improbisatis  
 materia*, inquit Horatius : mala autem (vti monstra-  
 tum est prima parte) effectus producent bonos; me-  
 liores & temperatores efficiendo possessores. vnde

*Cicero l.  
 3. Offic.  
 Valer. l.  
 6. c. 9.*  
  
*Luca 22.  
 Matt. 4.  
 D. Ath. in vita S.  
 Anthonij.  
 2. Cor. 12.*

Isa. 7.

consequitur stolidè opes, honores &c. dici bonis egestatem, abiectionem &c. mala. Deinde, Christus sapiens discretor, sciens reprobare malum & eligeri bonum, elegit quæ mala dicitis, reprobavit quæ vobis sunt bona.

Isa. 5. Va. qui dicunt malum bonum, & bonum malum.

7. Atat, esto, concedamus indulgentia contumaciae lupina, concedamus gratis bona que dicunt esse bona, & mala, verè mala: dicamus quoque cur bona ista non concedantur iustis; aut concessa, aduersi casu tollantur. *Facta est fames valida in regione illa, inquit textus; tamen appareat innocua.* Edicimus, quamobrem spoliatis, exheredatisque iustis, eorum hereditas transeat ad impios, ut ideo innati, qui magis immergantur pelago bonorum hi? Hinc vocatur in dubium essentia & providentia Dei, & reperat? Est Deus. Hæc fides nos præuenit: hæc edocuit, impressitque natura, mox ut animos corporibus indidit.

Cicero 1. de natura Deorum: *Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina participationem quandam Deorum, quam appellat Prologus Epicurus? dem ibidem, vocat non prænotiones.* Magnus ille Deus, oculus, qui omnia videt, inuisibilibus ipse, quin abscondita cordium, obseruat secretos & actus, etiam cogitatum abstrusissima;

Psal. 13. Dominus de celo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum.

2. Paral. 6. Oculi Domini contemplantur omnem terram.

Prou 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.

Seneca 1. 5. epist. 41. ad Lucillum: *Prope est à te Deus tecum est intus est. Ita dico Lucilli, sacer intra nos spiritus sedet, malorum, bonorumque nostrorum obseruator & custos.*

Idem in exhortat. *Nihil prodest inclusam esse conscientiam, patemur Deo.*

Magnus ille Deus, magnus & conomus ille, solitudine non sollicita, non molesta, non anxiosa, mundi huius

huius prægrandem administrat familiam. Quis Deus ille, si solam suam beatitudinem contemplant, & dicens, *Mihi pulchrè est, ego beatus sum* non curaret filios, & salutem suam? Quorsum teneret ei fœdus, præstet si nihil mihi? Quibus teneretur mundus Deo, si mundo à Deo nec bonum, nec malum adueniat?

Cicero 1. de natura Deorum: *Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur Deos? Cur sacris Pontifices, cur auspicijs augures præsumt? Quid optamus à Dijs immortalibus? Quid volumus? Si maximè talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. Quid enim dicam, propitijs sit?*

Proculdubio regit & curat vniuersi molem Deus. Sap. 8. *Attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.*

Cicero 3. de natura Deorum: *ut hominum membra nulla contentione, mente ipsa & voluntate mouentur: sic nomine Deorum omnia finguntur, moventur, atque mutantur.*

Virgilius 1. Æneid.

*Res hominumque Deumque*

*Eternis regis imperijs, & fulmine terras.*

Huius vniuersi remonem, clauumque tenet. Grauiori sopore sopitus dormiebat Epicurus, quam Deus suus, fingens pro fonte vitæ lethargiam.

Orpheus apud Euseb. l. 13. de præparat. Euang. *Ipsè ab ære super terram omnia perficit: principium, medium, & finem rerum continens.*

Non nascimur, viuimus, morimur, non perit de capite capillus citra dispensatoris maximi constitutionem.

Amplius: magnus ille Deus omnia potest. *Omnipotens nomen eius*, ait scriptura sacra & prophana: *Deus optimus, maximus.* Exod. 15.

Homerus Iliade 1. *Dij possunt omnia.*

Ouidius Metâ 8. *Immensa est, sinemque potentia tali*

*Non habet: & quicquid Superi voluere peractum est.*

Ac eiusmodi, potest iustos bonis augere quando, quomodo libuerit, & quos elegerit. Potest impios ubi

1. Reg. 31. voluerit perdere, vt quondam peruicacem Saulem  
 4. Reg. 19. impia manu del. truncem Manasse: auream arundinem  
 2. Par. 33. nem extenuat, quos vult, solem suum orti facit vbi,  
 Exod. 10. quando, vbi quies vult; vt quando Aegyptios densis  
 Iud. 6. simis inuoluit tenebris, rutilante interim sole in terra  
 4. Reg. 9. Gessen Nouit humectare vellus, terra circumquaque  
 Polstrat. non vuida, & e contra; vt temporibus Gedeonis: nouit  
 l. 8. de nu. ex innumeris vnum deligere interficiendum, vt Iosua  
 gis curia. rheda vectum medijs in castris, Iulianum apostatam,  
 libellus. copijs cinctum, & Mourraium, fratrem adulterum  
 Gallicus. Mariae Stuartae gloriose Reginae & Martyris in  
 de Marty. Scotiam nouit percutere & sanare, vbi, quando, quod-  
 rio Maria. modo, quos vult: vult vti iustus, bonis multa bona;  
 Stuarta. Dicit iusto quoniam bone: peccatoribus multa mala;  
 Scotorum. Multa flagella peccatoris. Vt autem monstret se esse, vi-  
 Regina. dere, providere, omnia posse, iudicio, ratione, proci-  
 Isa. 3. dentia super mundo vti, quaedam hic inferne vindi-  
 Psal. 31. ciat crimina, virtutes praemijs quaedam: vt vero iudicium  
 Vide D. expectemus extremum, multa linquit impu-  
 Chrysol. punita scelera, multa bona parè remunerata, vt im-  
 hom. 13. puniti impij timeant semper; irremunerati iusti spe-  
 in cap. 4. rent nouissimam illam sortem. Haec sicut in genere de-  
 col. ult. eta, pro defensione & iustificatione providentia Do-  
 Cur qua- mini & Dei mei. *Vt iustificeris, & vincas cum iudi-*  
 dam pu- caris.  
 niantur, D. Augustinus, tomo 5 l. i. de ciuit. c. 8. *Si nunc omne*  
 quaedam peccatum manifesta pleckeretur pena, nihil ultimo iudicio  
 noj. reseruari putaretur. Rursus si nullum peccatum aperiri  
 Psal. 50. puniret nunc diuinitas, nulla esse providentia diuina cre-  
 Item, deretur.  
 quod sit Porro, vt partiamur distinguamusque rationes im-  
 miseri- punitatis & prosperitatis improborum, ab eis que  
 cordia. spectant tribulationes, & irremunerationem iustorum,  
 quaedam de singulis seorsim dicamus; dignantes attamen eo  
 puniri. honore probos, vt ijs fiat satis primum.  
 Cur affli- 8. Vos ergo, animae sanctae, quae actus vestros com-  
 gantur ponentes ad normam praceptorum Dei, patimini ni-  
 iusti in hilominus aduersa, egestate, bonorum iactura &c. que  
 hoc secu- cu lob vobis simili dicere potestis, *Non peccans, & in*  
 lo.

*amaritudinibus moratur oculus meus*; aduertite ex *S. Iob. 17.*  
 Bonauentura, Doctore non minus amore flagranti, *D. Bon in*  
 quam mente illuminato, pœnas, afflictionefue ad di- *2. dist. 26.*  
 uerfos ordinari respectus. Primo, ad peccata, que cor-  
 rigan iam patrata; aut patrari deinceps impediunt.  
 Secundo, ad commodum quod ex illis educit Deus,  
 quasi vinum è torculari; vtile aut patienti, aut alijs: *Pœna ad*  
 qualis omnibus nobis fuit Iesu Christi passio: aut ho- *quid.*  
 norificum (addo) patienti, & ipsi Deo.

*Eia, supponamus* (potest enim fieri, teste *S. Ambro. D. Amb.*  
*filio*) quempiam nullius secleris læthalis reatu teneri *in illud*  
 (nescio namque si detur phœnix qui sine veniâ i noxâ *Lucæ 1.*  
 hanc percurrat vitam) si nihilominus affligatur, vti *Inceden-*  
 frequenter accidit; *Multa tribulationes iustorum ait* *tes in om-*  
*Psalmes: Foris pugna, intus timores foris gladius, intus pa-* *nibus &c.*  
*nor vt pœna pœdiantur peccata quæ alioqui patraret ni-* *sine que-*  
*calamitatis fræno cohiberetur. Enimvero, quamdiu* *rela.*  
*carnis graui mole grauiamur, peccabiles sumus, vt in Ps. 60.* *D. Aug.*  
*Theologorum more loquar, id est, peccare possumus, 2. Cor. 7.* *in Ps. 60.*  
 & valde propensi sumus ad peccandum, alij alijs plus *2. Cor. 7.*  
 minusue *Caro infirma, ait Christus. Matt. 26.*

*Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.*  
*Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malum,*  
*prona sunt ab adolescentia sua.*

Natura fragiles sumus, vt omittam quod frequen-  
 ter contingantur lutea vasa nostra impotentibus  
 mundo & dæmone, Patitur stimulum carnis, & Ange-  
 lum Sathana à quo colaphizatur *S. Paulus*; aut ex  
 communisententiâ, pruritus carnis brutales; aut ex  
 placito *D. Chrysostomi*, persequutiones Tyranno- *D. Chryf.*  
 rum, verè Angelorum & ministrorum Sathana: non *hom 10.*  
 quod opus esset *D. Paulo* decor iustitiæ tegendo *ad Antio-*  
 opprobrio peccatorum, dudum quoad culpam & pec- *chen.*  
 nam per indulgentiam & iubileum plenarium bap-  
 tismi quo regeneratus fuit adultus, remissorum: sed, vti  
 faceret ipse, ne beneficijs singularibus, & reuelationi-  
 bus ineffabilibus, quibus cohonestarat eum Deus ra-  
 piendo in tertium cœlum (computando à cœlo em-  
 pyreo) extolleretur & superbiret.

D. Greg.  
e. 5. pref.  
in l. iob.

2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollamur, non quod extulit, vti optime notat S. Gregorius, datus est mihi stimulus carnis mee Angelus Sathana, qui me colaphizet.

Ps. 118. Bonum mihi quia humiliasti me, ut dicam iustificaciones tuas.

Ps. 72. Deiecisti eos ut alleuarentur.

Vterque  
vbi sup.  
Iñe Chryf.  
homil. 13.  
in c. 4.  
Matth.

Hæc vna ex vndecim rationibus congestis per S. Chryostomum, & S. Gregorium, & Prosperum lib. 1. de vocatione Gentium, qui sic ait: Ad magnam vtilitatem fidelium materia est reseruata certaminum, ut non superbiat sanctitas dum pulsatur infirmitas.

D. Gregorius 19. moral. c. 36. Superna dispensatio circum nos tota sibi intentione seruientes carnis nostra permittit tentationibus concuti, ne mens nostra audiat in superbiâ presumptione securitatis eleuari, &c.

D. Arnoldus Abbas tractatu de septem verbis Domini, in illud, Deus meus Deus &c. in fine: Castigantur saepe ex casu superbia, & presumptio ex ruina pulsatur sanctitas ne extollatur.

II.

9. Deinde, arbitror, ut occurratur tepori & remissioni orandi; qui tepor communiter incidit non afflicto.

Sill. Ital. lib. 7. belli Punici: Rara fumant felicibus ara.

Stat. 1. 12. Theb. Ignota tantum felicibus ara.

Thren. 1.

Quot quæso fumare cernitis aras thure eorum qui calamitate non premuntur? Quam felicium peregrinorum vestigijs tritam dignoscitis viam? Vix sanolugent, eo quod non sit qui veniat ad sollicitudinem. Quot vidistis sedata tempestate nauarchas supplices vota persoluentes? Quot milites educere ab imo periculis eiaculatorias preces non urgente hoste? Tanti sit Deus in prosperis, quanti ignis æstate, fax meridie, patroni citra litem, medici non premente morbo, milites pacis tempore. Ingruentibus autem dispendio, ægitudine, tempestate, certamine, multitudine peregrinorum strata sunt via; ubique fumant ara; inuocatur ab omnibus certatim Deus, naucleris & bellatoribus.

CONCIO TERTIA.

91

Neemix 9. In tribulationis tempore clamauerunt ad

Deum. Ps 65. Imple facies eorum ignominia, & quarent nomina Domine.

Ps 106. Et clamauerunt ad Dominum, cum tribulauerunt.

Ps 15. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acciderunt.

Ps 109. Ad Dominum cum tribularer clamaui.

Isa. 48. Domine, vim patior, responde pro me, aiebat Ezechias.

Ps 77. Cum occideret eos querebant eum, & diluculo veniebant ad eum.

Isa. 26. Domine, in angustia requisierunt te.

2. Par. 33. Manasses vincetus, angustiatu in Babylone orauit Dominum.

Jonæ 1. Immissio vento valido à Domino, timuerunt naua, & clamauerunt viri ad Deum suum.

Jonæ 2. Cum angustiaretur in me anima mea, Domine recordatus sum.

1. Reg. 7. Israelitæ timentes Philisthæos dixerunt Samueli: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum.

2. Paral. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

Matt. 8. Apostoli turbato mari. Domine, salua nos, perimus.

Marc. 5. Geraseni veniunt ad Dominum amissis poticis.

Virgilius 1. Aeneid. Ingemuit duplex tendens ad sidera palmas, scilicet Aeneas positus in tempestate.

Virbs obsidione arcta non cincta, non curat de suppetijs petendis: pullus non festinat confugere sub gallinæ alas, nisi videat miluum rapacem: non petit superiora aus ramo insidens, aut super terram saltitans, ni cernat imminentem sagittarium ceruicibus; non currit ad

autrum

antrum vulpes, si non immineant natibus canes, & renatores: non apricatur sub arboris ramis viator, si non ingruat nimbus.

D. Bernardus serm. 5. de Quadragesima: Hoc erat certe quod querebat Deus, hoc erat, ad quod nos perducere satagebat, ut videntes defectum nostrum, & quod non est nobis auxilium aliud, ad eius misericordiam tota humilitate curramus. Itaque, ut cogat crebro suspirare & implorare opem, immitit quandoque aduersa iustus Deus.

III.

10. D. August. tom. 5. l. 2. de ciuit. c. 18. Subsequenter regulariter prosperitatem, vitia multa. Tectis adit Scipio Nafica, qui ut radices & semina penitus colleteret ne Romę pullularent, ut pristinos Saturnios mores foueret, nolebat Carthaginem Romę insensissimam euertere. Cuius consilio si non fuisset abnegatus locus, nunquam auaritia, ambitio, aliaque id genus vitia in Romanorum ditionem irrepissent, Carthagine quam aggerere opposita torrētib; & exundationibus nocorum scelerum; aut cataraeta, educendis prisca; aut coorte, ac uendis virtutibus.

Seneca epist. 39. ad Lucil. l. 5. Omnia que superflua nocent. Sic segetem nimia sternit vbertas: sic rami oneri franguntur: sic ad maturitatem non peruenit nimia succunaitas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata rumpit foelicitas, quae non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam vertuntur.

M. Claudius Paradinus fol. 143. Mihi pondera luxu.

Quemadmodum arboribus nonnullis, quae praeter humorem, quem a terra sumunt, abundantia non nisi fructus cariosos proferunt, occurrit olitor, si truncum hinc inde, ligno, ferroque terebret, educendo humori superfluo: quomodo factum testatur Vates amygdalis amaris, quo fit ut digesto facile residuo fructus primum prae grandique prauidentię suae oculo prauidēs bonorum vbertatem producturam in seruis suis fructus cariosos, suffocato amoris Dei igne humoris prosperorum redundantia, paupertate, aduersitate terebret.

Aristot.

retrat & aperit; viam peccatis & dissolutionibus sepi-  
 spuis & sentibus variatum atumnarum intertextis,  
 ne indiuidui prosperorum comites irrepant. *Septiam Osea 22*  
*vias tuas spinis.* Occludit ianuam, priusquam effugiat  
 equus: merca restat, antequam labefactari ea  
 hostis: fulcit structuram, necdum minitantem ruinā:  
 antidotis praeuenit, antequam inualuerit morbus in  
 animā sanitate: pedica stringit falconem ne auolet.  
*Posisti in nervo pedem meum.* Scalpro, cauteriove pū-  
 gna: antequam puris redundantia intumescat homo. *Iob 13.*  
 Quibus actibus prouidentiam prouisionemque suam  
 euidenter testatur; absit vt obscuret prouidentiam, vt  
 supra inferre velle videbantur Epicurei.

D Greg ca. 5. praefat exposit. Iob: *Est percussio qua  
 non nunquam quisque percussus, non vt praeterita corri-  
 gat, sed ne ventura committat.* Et paulo post: *Aliquan-  
 do quisque non pro praeterita poena diluenda, sed pro futu-  
 ra vitanda percussus.*

ii Quis vero nostrum crystallo fragiliorum se cul-  
 pa vacare audeat adstruet? Cf. ortiter licet dimicaueri-  
 mus, adhuc dicere cum quodam compellimur: *Parce Val. 1. 3. c.*  
*Imperator?* *2. de Ca.*

iii an. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habe-  
 mus, ipsi nos seducimus

D. Aug tom. 5. l. 22. de Ciui. c. 23. *Quantalibet virtus  
 repulsi vitijs repugnemus, vel etiam vitia superemus  
 & subingemus, quamdiu sumus in hoc corpore nobis de-  
 esse non potest, vnde dicamus Deo: dimitte nobis debita no-  
 stra.*

Quis dicat peccatum in nobis non esse, neque se-  
 cundum culpam praesentem, deformitatem, macula-  
 ue, vt peccata venialia; neque secundum obligatio-  
 nem ad poenam, quoad sequelam, quoad reatum: quo-  
 modo quandoque deprehenduntur peccata morta-  
 lia in sanctissimis, dudum quorum actus missos fece-  
 runt? Debitores sumus semper Deo quantumlibet sit,  
 vt itaque ordine iustitiae peccati obliquitas restituat-  
 tur, vt venialia, vt praeteritorum mortalium poenae  
 deleantur, iure miserijs quatit etiam optimos: iure  
*Facta*

Facta est fames valida in regione illa, quatumvis innoxia: ut hac ratione educat rubiginem noxalam, quas hic infernè maximas inter iustitias suas admittunt; ne quid refrixandum in ipsis inueniat infernalis aut purgatorius ignis.

D. Aug. tomo 8. in Pl. 19. Per tribulationes temporales significasti fugere ab ira ignis sempiterni.

Pl. 59. Dediisti metuentibus te significationem, ut illi esse potest, quomodo vel quemadmodum, fugiant à facie arcus.

Jsa. 1. Excoquam ad purum scoriã tuam, & auferam omne stannum tuum.

Ita expurgatur aurum: ita optimum excutitur & purgatur triticum.

1. Cor. 11. Cum iudicamur, à Domino corripimur, et non cum hoc mundo damnemur.

D. Chrys. hom. 1 ad Antioch. habet hanc rationem, estque apud eum ordine decima.

Idem hom. 10. opetis imp. in Matt. c. 4. Sicut aurum vel argentum combustis in fornace sordibus colitur: sic homo in fornacem tentationis missus depositis peccatis sanctificatur.

D. August. tom. 5. l. 1. de ciu. c. 8. Sicut sub uno signo aurum rutilat, palea sicut, & sub eadem tritura stipula comminuuntur, frumenta purgantur: ita una eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, & malos damnat, vastat & exterminat. Hec dicta sunt de afflictionibus iustorum, quatenus immittuntur à Deo propter peccata committenda, aut quondam commissa. Inquiramus nunc quorum bonorum gratia superceuiques demittantur iustorum. Primum verò quod proueniat commodum perferentibus indagemus.

12. Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Maximum bonum quod homini accidere potest est, ut seipsum nouerit, suam virtutem, fragilitatemque. Hinc celeberrimum illud *Ἰωάννης ἑαυτοῦ*, *Νοῦσα τε ἑαυτοῦ*, insculptum erat aureo caractere frontis phani Apollinis Delphici: quam caelo de-

Vtile iustis mala in hoc seculo periri.

1.

lapsum

lapsam ait Juuenalis sententiam, ob eximiam subli-  
mitatem.

Juuenalis satyra II. *E caelo descendit, r̄vōdi σ̄iavrov.*

*Figendum & memori tractandum pectore.*

Quam vim autem habeat hoc apophtegma sic in-  
dicat Cicero l. I. Tusculanarum: *Præceptum, inquit, A-*  
*pollinæ quo monet, ut se quisque noscat, non præcipit ut*  
*membra nostra statueram, figuramque noscamus; neque*  
*nos corpora sumus: sed cum dicit, nosce te, hoc dicit: Nosce*  
*animum tuum.*

Idem epist. ad fratrem. *Illud r̄vōdi σ̄iavrov, noli puta-*  
*re ad arrogantiam minuendam solum dictum. verum*  
*tiam ut bona nostra nouerimus.*

Idem l. 5. de finibus: *tubet nos Pythius Apollo noscere*  
*nos ipsos: cognitio autem hac est una, ut vim nostri corporis*  
*animique norimus.*

Vide dialogum de cognitione sui in 4. l. Xenophontis de  
dictis & factis Socratis, & Eusebium Caes. l. II. præparat.  
Euang.

Nonnulli quandoque robustiores, constantiores  
se autumant leone, qui quicquid habuerit obui-  
um, non refert gradum, non terretur. *Leo fortissimus*  
*bestiarum ad nullius pauebit occursum: cuiusmodi se* *Prov. 30.*  
*putabat Pompeius Magnus, adeo superbus, ut audi-*  
*ens Caesarem contra se aduentare dixerit: Si terram*  
*pede concussero, totum orbem ad arma prouocabo;*  
*teste Plutarcho: qui nihilominus primo aduersitatis,*  
*tentationisue impetu franguntur, retrocedunt, la-*  
*buntur turpiter: similes Thersite Homeri, Thrasobi*  
*Terentij, Pompeio Romano, Goliath Phylisthæo, qui*  
*iacitans se daturum carnes Dauidis escam volatili-*  
*bus cæli & bestijs terræ, lapillo scædè prosternitur.*  
*Pacè leones dixeris flauos, ore; bello, lepores animo,*  
*certos tibijs. Talis aliquantò tempore existit Da-*  
*uid, qui ratus se firmum, constantemque, ilicò turba-*  
*tur.* *1. Reg. 17.*

Pf. 29. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æ-*  
*ternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum con-*  
*turbatus.*

Cicero

Cicero lib. 3. de Orator. *Minimè sibi quisquam est, & difficillimè de se quisque iudicare ac sentire potest.*

Sub vesperum rebarur S. Petrus se firmiorem cupere Namurcana, quæ quantumvis excrefcentis Mose impetita fluctibus immobilis persistat: existimabat altius se radicatum in amore Iesu Christi annofa quæta in tetra. Meministis iactantiæ militis illius piscatoris, qui dorso ad focum versus, ventre mensæ innixus pugnam agebat, & gloriabatur: *Domine paratus sum tecum & in carcerè, & in mortè ire: Etiam si oportuerit me*

*Matt. 26. Lactant. l. 5. insit. c. 8. Cicerol. 3. Of. l. 4. con. Chrysest. hom. 82. in 18. c. Ioan. Leo. verò ser. 9. de passione ait fuisse calumniam.*

*mori tecum, non te negabo: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor?* de quibus et videbatur ad inferos vsque, ut Pithous Theleum quin moriturus pro ipso, ut Damon pro Pithia. Verum certamine didicit seipsum, & suam imbecillitatem. Namque ad primas excubias positus à Christo, vigilaret & oraret, cum cæteris deprehenditur dormiens

altè, & roneh illans: paulò post fuga elabatur ut cæteri, & fortè celerius cæteris; abnegat, abiugat, pererrat solus, ad vocem ancillæ fortè compatientis, ut ait

Chryostomus. Nonnullas videas feminas quæ constantiores se existiment Lucretia, ad quas collata Penelope nihili ducitur, quamdiu non est qui indicium credo: *Castia est quam nemo rogavit. ait quidam; propulsant longè impudicitiam omnem, laudant; si vel minimum attentet quis eorum pudicitiam, exclamabunt cum Didone:*

*Martial. Virgilius 4. Æneid. Sed Pater omnipotens adigit me fulmine ad umbras,*

*Pallentes umbras Erebi noctemque profundam,*

*Ante pudor, quam te violo, aut sua iura violo.*

*Ille meos primus qui me sibi necem amore,*

*Abstulit, ille habeat secum, seruesque sepulchro.*

Quæ postmodum ad primum fistulæ tonum illaqueatas se vident.

Ibidem: *Spelantem Dido, Dux & Troianus tandem*

*Deueniens.*

*Vt casta illa vidua, fame perire malens in sepulchro*

iri quam pudicitiae notam inurere, superata deceptaque fuit primo impetu Troiani Ducis, quem casu offendit: Didicit fortuna inconstantiam suam.

Alij nesciunt quantum possint ipsi, diffisi de viribus suis. Itaque aduersis palam testatur & comprobatur Deus, qualis quisque sit.

11. Alij & Deo, & sibi ipsis satis noti sunt: quia vero eorum virtus non satis constat mundo, & pro meritis non honoratur, eos recenset Deus, recensitos exponit ut ab omnibus videantur & cognoscantur. Ex potioribus famulis Dei ait quidam: *Proba me, Deus, & tenta me* Glossa, id est, *iudica me esse probatum; non tibi, qui omnia nosti sed mihi, & hominibus.* Alibi: *Proba me Deus, & scito cor meum.*

11.

Pf. 25.

Pf. 138.

Ecclesi. 34 *Qui non est tentatus, qualia scit? Item: Qui non est tentatus, quid scit?*

Ecclesiast. 1. *In igne probatur aurum, & in camino argentum, & homines receptibiles in camino tribulationum.*

Ecclesi. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.*

Sap. 3. *Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus.*

D. August. tomo 5. libr. 1. de ciuit. cap. 9. *Deinde habet aliam causam, tribulationum scilicet. Boni, quales habuit Iob, ut sibi ipse humana animus sit probatus & cognitus, quanta virtute pietatis gratis Deum diligat.*

Idem tomo 8 in Pf. 60. *Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tentatione, quia profectus noster per tentationem fit: neque sibi quisquam innotescit nisi tentatus.*

Idem in Pf. 61. *Vt proberis: ut qui te nesciebas à te ipso innotaris.*

Beda super Matth. *Vtile est sanctis tentationum flammis examinari, ut vel tentati, quia fortes fuerunt, apparerent, vel cognita per tentationes sua infirmitate, fortiores fieri discant.* Obsidione probatur urbium munitio: sclopetis thoracum & clypeorum soliditas: nunquam

celeberrimæ Troiæ bellicositas, & magnanimi Hectoris strenuitas enituisse, ni decennalem obidionem contractarum totius Græciæ vinum fortiter sustinuisse.

Ouid. lib. Tristium: *Hæc tunc quis nosset, si Troia fuisset?*

idem 4. Trist. eleg *Qua latet, inque bonis cessat unum cognitare rebus,*

*Apparet virtus, arguiturque malu.*

Rom. 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem.*

*Nescitur saxo inesse ignis, donec igit aboletur.*

Seneca libro de Prouidentia: *Gaudent magis viri rebus aduersis, non aliter quam fortes milites belli triumphis: gubernatorem in tempestate, in acie militem astutelligas. Calamitas virtutis occasio est: illos meriti quos dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescent. Ignem aurum probat, miseria fortes viros. Arbor enim nascibilis est, nec fortis, nisi in quam frequens ventus marisat. Ipsa enim vexatione stringitur, & riuus siccus figit.*

Hac enim de causa singulariter calamitas horum est lob impetit (ex communi omnium Doctorum calculo) non vt pristina purgaret crimina: non vt a furibris caueret; sed vt orbi illustrior fieret.

D. Hieronymus in Iob: *Sed hac Iob contigerat, vt appareat foris hominibus, quod intus erat ante Deum.*

D. Chrysostomus homil. 1. ad Antiochenos: *Ipsum patientia manifesta fiat, non propter misericordiam Deo seruientium, ne dicatur; Nunquid gratis Iob coluit te.*

D. Greg. cap. 5. præfat. in Iob: *Iob summis virtutibus sultus sibi notus erat & Deo: qui si non flagellaretur, a nobis non agnosceretur. Virtus quippe etiã per quietem se exercuit: sed virtutis opinio commota per flagellum fragrauit: & qui quietus in se ipso, quod erat, contentus, commotus, ad notitiam omnium odorem sua fortitudinis asperit. Sicut enim unguenta nisi commota redolent*

latis nesciunt, &c. aromata cum incenduntur &c.  
 splendor aurum fornaci iniectum; ferrum argenti  
 speciem æmulatur edaci lima derasum: silex laten-  
 tem emittit ignem ignitabulo chalybe durato percus-  
 sus, detracto ephippio equi habitus, statura, dorso ex-  
 pansa spina dignoscitur: lati humeri, neruosa bra-  
 chia, corpus bene constitutum, crura firma cernun-  
 tur cum in arenam descendunt palæstræ nudi, oleo  
 peruncti. Cum detractis vestimentis nudos prodire  
 lætatos conspiciat spectator, demiratur corporis  
 constitutionem, partium proportionem, membro-  
 rum symmetriam. Id est quod canebat Vates inge-  
 niosus Tristium libris, versibus quibusdam ad rem  
 optime salacibus, nimirum probitatem aduersis  
 nitere. Nunquam calamis verbisque facundis il-  
 lustrium scriptorum celebrata fuisset præ Penelo-  
 pes, viginti annis in coniugio plusquam biuitæ ca-  
 sta constantia, ni viro eius Vlysse decenniali Tro-  
 iz obsidione, absente; altero decennio redeunte, per  
 mare huc illuc palante, venustulorum puriciti-  
 um, & plocorum, venatorum veteratorum in-  
 sultus, & impetus comicos, blandosque sustinu-  
 isset.

Chryf.  
 hom. 1. ad  
 Antioch.

Ouid. epist. Heroid. Penelope ad Vlysem: *Turbæ  
 trahunt in me luxuriosa proci.*

Non impugnata tanto impetu, nulla subfuisset  
 acriter repellendi raptores suæ pudicitie ansa: re-  
 pellendi inquam pulchrè, & fallaciter prudenter tela  
 sua semper imperfecta, detexendo noctu, quod  
 diu tanquam altera Arachne industriè texerat;  
 quò aucupes deluderet, quibus quotidie conu-  
 bium pollicebatur, cum primum telæ extremam im-  
 poluisset manum. Crebræ impugnationes acres,  
 constans expugnantium importunorum repulsio. im-  
 pugnatam tanta gloria & celebritate auxerunt, ut Pe-  
 nelopes nomen non nisi castæ exprimendæ matrônæ  
 usurpetur nunc: & docti quique operam perditæ ele-  
 ganter signaturi, ad ipsius gloriam, & nominis & telæ

Hom. 1. 2.  
 Odyss.

libenter meminerint, dicendo: *Penelope telam tene-*  
*re.*  
 Plato in  
 Phad. Ci-  
 cerol. 2.  
 acad. 9.  
 D. Aug.  
 10. 5. l. 1.  
 de ciu. c.  
 19.

*Titus Livius Decad. 1. l. 1.* Si Lucretiam castam, su-  
 gulare decus matronarum Romanarum, eheu! rati-  
 tum modo in se truces non conuertisset manus; nocte  
 dormientem mortis minas iterans districto ferro ab-  
 aggressus fuisset raptor: *Tace Lucretia, inquit, scilicet*  
*Tarquinius sum: ferrum in manu est, moriere si vocem e-*  
*miseris; si inuita non sensisset vim pudicitiae suae inter-*  
*ri: si Susannam nostram non rogassent, non proci-*  
*fuissent senes, eius speciem depereuntes; non celebra-*  
*rentur quotidie, earum cum corporibus nomina ob-*  
*liuionis sepulchro dudum tumultata iacerent.*

Dan. 13.

*Gen. 39.* Si Ioseph noster, si Hyppolitus, si Beller-  
 phon ethnici, non ex insidijs peccati fuissent, si calum-  
 niam non sustinuisset, beatiore, ex hominum sen-  
 tentia, sed non tanta gloria celebrarentur. Non rage-  
 rent eorum infantia libri nostri, non resonarent in  
 theatris illustria nomina.

Quid l. 5. Trist. eleg. 6.

*Scilicet aduersis probitas exercit a rebus*  
*Tristi materiam tempore laudis habet.*  
*Si nihil infesti durus vidisset Vlffus.*  
*Penelope foelix, sed sine fraude foret.*

Jdem alibi.

*Heclora quis nosset foelix si Troia fuisset.*

Jdem l. 1. Trist. eleg. 4.

*Vi foret exemplum veri Phoeis amoris.*  
*Facerunt furia tristis Oreste tua.*

Virgilius 9. Aencid.

*Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,*  
*Hytacida Nisi gloria nulla foret.*

12.

Gen. 17.

22.

Prompta Abrahæ obedientia probata & approba-  
 ta fuit heraclio durorum mandatorum Dei, impetu-  
 tantis natale mitteret solum, & suos; sensibilitatem  
 membrum præscindens se circumcideret, vernaculorum  
 que; filium vnicum, miraculo acceptum, ineptus ipse  
 generationi alterius, iugularet, iugulatum ad fami-  
 lam redigeret ad instar holocausti.

Ecccl.

Ecclef. 44. Abraham in tentatione inuentus est fidelis.

Quid latentem Job patientiam orbi manifestam fecit, nisi varij impetus & insultus in ipsum suscitati à Sathana ædium incendiario, prolium oppressore, corporis eius tortore? vnde nisi à cæcitate celebratur Tobias? Qua percussus post multa opera bona, non obmurmurauit, non est obloquutus Deo. Quia acceptus etas, Deo, necessum fuit, ut tentatio probaret te, id est, probum hominibus demonstraret.

Tob. 12.

Iudith 8. A Deo tentati sunt patres nostri, ut probarentur si verè colerent Deum. Mortificandum in terra criticum, ut eius virtus & fructus liqueat.

Joan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, ait Christus. Mortificatione viuificatur in terra granum, & eius virtus occulta innotescit.

Per hæreses probi dignoscuntur Catholici.

1. Cor. 11. Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant.

Ibidem: Virtus in infirmitate perficitur.

Apophtegma: Virescit vulnere virtus.

Non omnibus notæ sunt proborum virtutes: eas quippe quantum valent occultant: abscondunt lucernam sub modio, ne eorum scintilla vanæ gloriæ vento extinguatur. Deus verò validiores sciens, quam ut vanitatis aura impellantur: quin potius eorum virtutes creturas laudatas, gloriæ tenui aura leniter petrat. Lenie alit flammis, fortior aura necat.

Ouidius, de Ponto. Laudatæque virtus

Crescit, & immensum gloriæ calcas habet.

Iidem de medicam faciei:

Laudatas homini volucris lunonia pennas

Explicat.

Iidem 5. Tristium:

Non paruas animo dat gloriæ vires,

Et facunda facit pectora laudis amor.

Gg 3

Pro-

Propert. l. 4. eleg. 11.

*Dat mihi gloria vires.*

Cicero lib. 1. Offic. *Vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.*

Idem Orat. in Pisonem: *Lenis est animi, lucem splendoremque fugientis iustam gloriam, qui est fructus virtutis honestissimus, repudiare.*

Boni ex se cuperent latee ignoti: nec certe sapienter se ipsos ostentarent, exaltarent, laudarent: Deum itaque eos ipse exponit, eorum virtutes explicat per miseras, ut eorum constantia quasi in theatro tribulationis orbi vniuerso innotescat, & quod solis Deo & ipsis notum erat, palam fiat. Quod enuntiat de ebrietate Seneca, nimirum; *Non facit ebrietas vitia sed detegit*; id ipsum potest tribulationibus adaptari: *Non facit constantes aduersitas, sed demonstrat.*

Seneca  
epist. l. 12.

111.

14. Quid? Quod Deus multam gratiam præbet probis? Præbet namque vberem materiam, aurum laminas, vbiones, margaritas, flosculos coridem, quot immittit calamitates, paupertatem, iacturam; agritudinem, egestatem, ex quibus sibi fabricent, componantque corollas novas. Non multum præstat egeno, qui vnde sibi vestem splendidam gratis largitur, sola sartoris pendenda mercede relicta? Non multam exhibent Romani gratiam regno pulso Regi, arma & viros ministrantes, per quos se in regnum restituant, ijs solis sumptibus ut mutuas copias prouideat, & ad belli præcepta accommode ordinet, dirigatque: Ita Deus immenso dignatur iustos fauore, premitendo calamitate, tot, tantarumque corollarum materia. *Calamitas virtuti est occasio*, aiebat quidam Philosophus.

Iacob 1. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam promissit Dominus diligentiibus se.*

1). Gregorius cap. 5. præfat. in Iob: *Innocentius flagellatus*

ullo atteritur, ut ei per patientiam meritorum summa  
cumuletur.

Idem homil. 9 in Ezechielem: *Abel fieri non valet,  
quem Cain malitia non exercet.*

De Bernardus serm. 5. de Quadrages. *Tu solummodo  
ne confiteris inimico, & quoties resistis, toties corona-*

beris.

Joannes Climachus Doctor antiquus & illumina-  
tus, 4. gradus scale paradisi, euidenter satis monstrat  
laud parum præstari vero probo constantique, si ad-  
uersus exerceatur eius virtus. Ibi narrat miranti sibi  
aliquando Ecclesia pelli monachum immeriti-  
tum, respondisse Abbatem: Noui culpa immunem,  
ait mi pater; sed sicuti inhumanum est panem eripe-  
re faucibus elurientis pueri: ita cui animarum cura  
incumbit, is sibi & subdito est iniurius, si non studue-  
rit tot ei corollas quotidie providere, id est exerci-  
tia, quæ nouit posse sufferre; imponendo siue con-  
tumeliam, siue ignominiam, siue abiectionem, siue  
opprobrium, siue derisionem. Committit enim  
tota sedulo fugienda. Primum, priuatur merito in-  
crepationis. Secundum, non præstitit id unde alij  
profecissent imitatione virtutis patientis. Tertium  
& potissimum, qui quandoque putantur probati ma-  
gis & patientes, spoliantur aperte humilitate & tole-  
rantia solita, si oblitus eorum quasi perfectorum non  
reprehendat deinceps, ignominia, probro, iniuria affi-  
ciat Abbas. Tamen si enim bona, fecunda, probe ster-  
corata sit terra, subtractione irrorationis, id est  
ignominia, fiet sterilis & infrugifera, proferet spi-  
nas fornicationis, germinabit perniciosam se-  
cunditatem. Huc usque Climachus. Si itaque pro-  
batur Prælati subditi virtutem, constantiamque  
exercens tribulationibus immeritis: improbabitur  
magnus ille Abbas & pater amplissimi monasterij to-  
tius orbis, mari & cælis tanquam muris clausi, si po-  
tioribus monachis & religiosioribus, iustioribus præ-  
beat materiam meriti & virtutis, egestatis, famis, morbi  
exercitio: Hinc, insons fuerit in qua debebat prodigus  
pro-

provincia licet, tamen *Facta est fames valida in regione illa*, vt vnde sibi splendidum pararet diademata haberet.

- v. 15 Occurrit aliud commodum à tribulatione manans tam iusto afflicto, quam cæteris, quod nimirum animus mollior, pectus ad misericordiam in miseris proclivius ingeneretur, aut renouetur, aut conseruetur in ipsis, per miseras quas patiuntur. Cum enim in seipsis senserint quid sit pauperem, ægrum, expulsum, egenum, abiectum esse, ista didicerint experientia, haud fallaci seque rerum omnium magistra; nouerint praxi, non theoria siue speculatione quam grauis sit calamitas, citius certe propendunt in miserationem, quam alias, aut alius talia loquerentur.

*Æschy in Agamem. Infelicitèr agentis quibus condolere & una suspirare promptus est; morsus doloris autem nullus ad hepar penetrat.*

Qui multis in periculis Oceanum nauigarunt, monent promptius & libentius vitare scopulos, arenam, sinus, eos qui immitti mari se committunt, aquæ elementum barbarum; opem ferunt citius naufragio elapsis, quam alius qui ne procul quidem maris litus vidit. Expertus quoque laborem, euectus diuersos & aduersos belli, auxilio statim erit saucio, aut armis spoliato captiuo, potius quam qui solo nomine bellum scit: *Dulce bellum inexpertis.* Meministis Regine Carthagenensium primæ, quæ Pygmalionis fratris tyrannide nauigio elapsa legato *Æneæ*, Troianisque Troianarum flammaram, nec nõ sæui maris reliquis dicebat, longo se rerum usu edoctam quid sit miserum esse, libenter miserorum & hominum & fluctuum bellum expertorum miserturam?

Virgilius i. *Æneid.*

*Quin agite, o tectis iuuenes succedite nostris.*

*Me quoque per multos similis fortuna labores*

*Iactatam, hac demum voluit consistere terra.*

*Ibidem: Non ignara mali miseris succurrere disco.* Sopho.

*Veget. l. 3.  
de re mil.  
c. 14. ex  
Pindaro.*

Sophocles in Oedipo Colone : τοῖς γὰρ ἰμπίποις  
 ἕρται μόνος διότι σὸντα λαίπρωτιν τὰ δ' εἰ.

*Qui ipsi miseras experti sunt, hi soli ex afflictioni-  
 bus aliorum dolorem capiunt.*

Hinc monebat Deus Judæos non contristare ad-  
 uenas, quod & ipsi aduenæ in terra Ægypti didicif-  
 sent, quam molestum durumque sit extero vexari ex-  
 tra regionis suæ terminos.

Exodi 22. *Aduenam non contristabis, neque affliges  
 eum; aduena enim & ipsi fuistis in terra Ægypti.*

Tribulationes visibiles plerumque ad eum finem  
 ordinantur, ad quem inuisibiles, & quæ animum ma-  
 ximè spectant. Quæ verò tentatio est animi tribulatio,  
 plerumque permittitur & immititur à Deo, vt tenta-  
 tus alijs compatiatur, si quandoque & ipsi tententur.  
 Testatur S. Leo alijsque Doctores omnes, qui ad-  
 struunt ideo S. Petrum permissum tentari, concuti,  
 ruere, vt summum adeptus Pontificatum indulgen-  
 tior fieret peccatoribus.

Leo serm. 9. de passione: *Vt in Ecclesia principe reme-  
 dium patientia conderetur.*

D. Gregorius: *Ne difficilior esset lapsis ipse misericor-  
 diam consequutus.*

Matt 18. Vt seruus, cui non suppetebant, vnde Re-  
 gi Domino decem mille talentorum summam pende-  
 ret, obtenta gratiosè debiti donatione, debuerat con-  
 seruo debitori centum denariorum debitum donare,  
 quod maioribus ipse miseria, & impotentia soluenti  
 angustijs fuisset coarctatus: ita promptè, expediteq;  
 noxam donet S. Petrus, cui Deus tot tantaque crimi-  
 na dimisit.

*Nonne oportuit & te misereri conserui tui, quoniam &  
 ego: ui miserus sum?*

Coloss. 3. *Supportantes inuicem & donantes vobis-  
 metipsis &c. Sicut Dominus donauit vobis: ita & vos.*

Hinc sumit argumentum S. Paulus, vt existimet  
 Christum propensiosem ad succurrendum nobis ten-  
 tatis, indulgendum prostratis & debellatis, vtique ex-  
 pectum maximè in deserto, ceu in arena & campo cer-  
 tami-

taminis dolum, oportunitatem, importunitatem tentationum Sathanicarum, mendacia tentatoris, in hoc toti, ut mundum tenter, fallatque.

Heb 4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratia, ut misericordiam consequamur. Et gratiam inueniamus in auxilio oportuna.*

Psal. 102. *ipse cognouit figmentum nostrum.*

Nouerat insultus, audiebat clamores, sciebat aduersos casus; quemadmodum Hippocrates nunquam eger nouerat infirmorum acres dolores speculatione, non verò experientia, quæ longè acrius torquet. Recenseantur cuiuspiam sinistrae sortes, ut S. Stephani, S. Laurentij, S. Tiburtij, & c. suspirem, fremam, et clamem cheulachrymer forte.

Virgil. 4. *Aeneid. Quis talia fando*

*Myrmidonum Dolopumue, aut duri miles Vlyssi*  
*Temperet à lachrymis?*

Testes externè nonnullum dolorem internum. Ad sim martyrio: videam saxorum imbrem validè ceu fulgur demitti quasi funda in iuuenem diaconum infirmum, contractis ceruicibus pauimentum cerebro respersum: cernam alium super craticula quasi ferro lecto expansum fuluescere, & flammæ colorem dare; audiam crepitantes adipe perfusas prunas: spectem alium nudis pedibus calcare carbones ignitos quasi vernantes rosas; stabunt comæ, horrebunt membra, vox abripietur; si quid super sit, geminandis lamentis & heu insumeretur; condolebo plurimum quis dubitet? Ast non ac si aliquando expertus, aut adhuc perleuatissem horrendos illos cruciatus. *Tu si hic sis, alium sentias.* Itaque, antequam tentatus nouerat & videbat miseriam nostram, insultus & impugnationes demonum, ad malum nos pertrahentium; ast longè aliter, & efficacius, ut nostri miseretur carnis nostre et abea indurus, ipse acriter, impulsus & impetrus ab hoste: quod in maximum nostrum commodum assentit factum S. Paulus: *Debit per omnia assimilari fratribus,*

Act. 7.

Terent. in  
Andria.

ut misericors fieret. Per omnia, egestate, fame, siti, misericordia, tentatione, dempto peccato, ut misericors fieret. Experimento tentationum & miseriarum nostrarum adeo fit misericors Christus, ut exinde hortetur Apostolus omnes sperare in ipsum; implorare ab eo indulgentiam prostratos, & gratiam auxilij oportuni, ne deinceps superemur.

Heb. 4. Postquam dixerat Pontificem tentatum, addit immediate: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratia, ut misericordiam consequamur* ( si, quod absit, quandoque vincimur, aut quia in Adamo victi fuimus iam olim ), & gratiam inueniamus in auxilio oportuno, ne in posterum rursus vincamur. Ac si diceret: Non nisi misericors esse potest, utique experimento edoctus

quid sit miserum esse. *Quoniam et ipse circumdatus est infirmitate, vir dolorum et sciens infirmitatem.* Heb. 5. Isa. 53.

Heb. 5. Didicit ex ijs qua passus est obedientiam: & summatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.

Vnde quaeso Virgo Mater pridem & nunc tam misericors, nisi partim quia frequenter misera exstitit? Qui dives epulo ram immitis in Lazarum? Quia epulo *Luc. 16.* labatur quotidie splendide.

Legimus in vitis Patrū, candidatū quendam monachū acriter aliquando impugnatū spiritu fornicationis cōsuluisse seniore, ab eo opē, solatiumue expq̄sulaſse. Qui eū penē in desperationis abyſū immerſi, Deo exolum, habitu proclamans & fratrum cōfortio indignū. Quibus exasperat⁹ tyronis animus, & cruciatuſ miſſo monaſterio ad ſeculū repedabat. Quod verō ſenex ille acrioribus verbis iuniorē exciperet, nōne quaſo quia nōdum eiſmodi pruritus & titillationes acres expertus fuerat? Probavit ſat ſuperq; euētus miſereri, miſerorum neſcium, qui miſer non fuerat. Clauſtro quippe excedens monachus, obuium habuit caſu alium Abbatem, qui conſolatum reduxit in monaſterium ſuum ( is forte eadem paſſione agitaſ cōpaſſionē didicerat ) Deū obſecrans, ut qui rigidior cēſor adoleſcenti, cauſaque deſperationis exſtiterat, eiſdem

dem diuexaretur stimulis . Votis annuit Deus, *ut* nex ijsdem vel similibus carnis futijs distortus, de monasterio mittendo cogitabat, ni alterius senis luppijs liberatus fuisset. Non arbitramini ijs gestis oportune inueniem ab ipso consilium subsidiumque querere potuisse? Arbitrer tum non adeo seuerum, edoctum scilicet clementiam proprio dispendio.

*Iob. 29.*

Ante calamitates misericors fuit Iob: *Oculi* fuerunt *eo*, *et* *pes* claudo, inquit: contulebat ignaris, solabatur debiles, reconciliabat litigantes. Verum non arbitramini à miserijs pristino statui restitutum geminalle misericordias? Vt itaque iustos, charam suam sobolem efficiat similiores sibi patri misericordiae Deus, persentiscere facit, quid sit miserum esse.

*VI.*

*16.* Quid? Quod iusti afflictionibus pressi, se ipsos perlustrantes, nec ullam peccati occasionem deprehendentes, gaudium concipiant ex certitudine, qua colligunt se Deo necessarios & filios charissimos, utque aliquando Dei hereditatem subituros, ita in se ipsis ratiocinantes: Solitum est Deo affligere filios, flagellat Dominus omnem filium, quem recipit. *Quem diligit castigat: filij, sunt heredes; Si filij, & heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: anxior, & miserum: ergo ex hæredibus ego.*

*Rom. 5.* Tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio vero spem; spes autem nos confundit.

Dilectæ prolis manibus nihil noxium committitur. Sic ægrè Phæbus flammei curus curam tradebat Phaëthonti nato, præuidens ipsi ex eo ruinam, auctibus Poetis.

*Quid. 2. Metam.*

*At tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,  
Nate cause.*

*Paulò post: Pignora certa petis, de pignora certa, immendo:*

*Et patrio pater esse metu probor, aspice vultus  
Ecce meos.*

*Paulò post:*

*Depr.*

Deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,  
Non honor est; p̄nam Phaëton pro munere poscis.

Proverbiū: Deorum dona sēp̄ non dona.

Argumentum amoris Pyladis in Oresten, quod fufioso ensem deneger. Diligit nutrix lactētem suum, enpiens manibus cultrum, scalprum, mucronem, quo vel ipse se, vel ab alio laderetur.

Cicero li. 3. Offic. Si gladium quis apud te sana mentis deperuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit; non reddere officium.

Ibidem: Quanto melius fuerit promissum patris, solis, non esse seruatum Phaëtoni scilicet?

Amorem in puerum testatur mater, coccinea eum exuens veste, si viderit meleagridem tumentem, iubantem, crispātem ipsi ideo infestum; aut cibum manibus eripiens, blādiente, insequente, inhiante prædæ molosso. Amoris igitur in me sui insigne relinquit (concludet iustus) diuitias mihi subtrahens; Spina sunt Luca. 8. diuitia, ait Christus; acutas sentes; gladios ancipites, Matt. 13. plerumque possessores iugulantes. Nisi adimerentur, Ouid. 1. adimerent nisi perderentur, perderent, ait Seneca, sequutus Cratem Thebanum. Ideo eas adimit, vt non sim Diog. l. 6. prædæ molosso infernali, infinities ferociori Cerbero Vit. Philoſtrat. in antiquitas Gentilitiæ.

D. Chrysoſt. hom. 63. ad Antiochenos: Tanquam canis, ita diabolus diuitibus insilit, tanquam buccellam te pollonij. nenti puerulo tendens auellere. Et paulo post. Aparus Virg. 4. infantibus, qui à canibus vexantur, nihil diuites differunt, omnibus circa eos latrantibus, laniantibus, trahentibus, non hominum tantum, verum & illiberalibus passionibus, in gluuie ventris, ebrietate, assentatione, & omni intemperantia.

Diligit pater natum, cui nolas, crepitacula cymbala denegar, vt torques, annulos, vniones largiatur.

Gen. 25 Filijs concubinarum largitus est Abraham munera; dilecto Isaac referuans quicquid possidebat. Frumenta, pecuniam & alia id genus donant Reges plebeis: aulicis verò, & necessarijs, dignitates, honores, administrationes Prouinciarum distribuunt. Amore

more

more denegat iustis, aut aufert Deus bona terrena  
verè infantilia sista, plebeis propria deputata, vni-  
mirum paradysi potiora largiatur.

1 Cor. 5. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in  
hominis ascendit, quae preparauit Deus diligendibus suis.* Si  
quando conferat ea, ac tandem repetat: tribuendo,  
materiam praebet gratiarum actionis pro sua libera-  
litate; nec non per seipsum experimentum facient  
qualiter ipsis vterentur: vbi vero inutiles & nocui sibi  
bi experti fuerint, aufert, atque auferendo laudis pro-  
ponit subiectum, quod anxiam eorum curam gerat, ut

*Psal. 90. forte offendant ad lapidem pedem suum.*

Seneeca apud Lactantium l. 5. in iust. cap. 23. *Deo ho-  
mines pro liberis habet: sed corruptos & vitiosos luxuriosos  
ac delicate patitur viuere, quia non putat emendatione  
sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat sapienter, &  
assidue laboribus ad usum virtutis exercet, nec eos casibus  
& mortaliibus bonis corrumpi ac deprauari sinit.*

Indulget interdum aegro medicus pro appetitis ra-  
tione agere: aut vbi deprehendit per locum aut ac-  
tione pullum eiusmodi indulgentiam in perniciem ve-  
gere, retractat constitutionem, etiam reclamante in-  
firmo. O Deus bone! quam noxium multis multis ac-  
cepisse diuitias! Micans solis carruca iuueni Phaeo-  
ti concessa: tincta cruore Nessi tunica missa in amoris  
tesseram magno Herculi, maiorem non perniciem  
ruinamque inuexerunt, quam frequenter opes di-  
uitis concessae petentibus.

17. Amplius; nonne argumentum arctae necessi-  
tatis cum Rege vesci cibo, potuque regio? Sequitur  
*1. Reg. 11. 12. eum cibus Regis, scilicet Vriam, ait scriptura, Rege co-  
mitem eum excipere volente. Omnis de pane Domini sui  
comedens & de calice eius bibens, inquit Nathan, vniuersum  
vnicuique dilecta pauperi.*

Dan. 1. *Constituit eis scilicet pueris decoris forma;  
Rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino  
unde bibebat ipse. Ast quis Iesu Christo cibus, quis  
potus semper fuit? Pati egestatem, nasci pauperem,  
viuere pauperem, mori pauperem: velle beate de-  
nique*

hique seculi miseris. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me; ut perficiam opus eius: Ego alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis;* patiendum scilicet, tolerandum est mihi; hic vobis incognitus cibus. Ipsius nectar, Ambrosia, prima, media fercula, bellaria, ad resurrectionem vsque exclusiue, fuerunt egestatis, meroris, dolotis: porus ipsius, calamitas, passio. Audistis interrogasse aliquando fratres geminos ambitione distentos tunc temporis, num eundem & quantum ipse sumere quirent potum?

Matt. 20. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Passionem suam dicens calicem; vti alias alibi: *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum: Calicem salutaris accipiam.* Igitur Deus premendo electos augustis, tribulationibus, passionibus, sibi summa necessitudine iunctos aperte declarat. Meminitis nuper dicentem me Petris gratissimum fuisse Regis imperio cædi; ac si feliciter cum caso actum fuisset, quod Rex eius recordatus esset? Nonne huc spectasse videtur Rex Votidicus, inquitens: *Ostendisti populo tuo duram, potasti nos vino compunctionis? Populo tuo ligaueris item: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Felices lachrymæ, læti martores, diues paupertas, miseræ expectanda, vti que fercula & bellaria mentæ Jesu Christi illata: Felices & lætæ calamitates; insigne quippe certissimum amoris fauorisque diuini in eum; in quem irruitis! Progrediamur.

18. Opinor Deum conspicere quid sublime in eo quem alijs frequentius & actius aduersis stimulat. Hippocomix regis decurio crebro equitat & agit equum, quem stadio, bellosæ aptiorem cognoscit. Quintilianus, aut alius quibus mirè eruditus Ludimagister excolens in palestra studiorum actiora, viuaciora que ingenia Prouinciæ, lectionibus, compositionibus frequentioribus grauat scholasterum, quem ingenio pollentem nouit minori tempore plura comprehensurum. Dux castrorum, quos pugnaciores & generosiores omniū nouit, crebrioribus excursionibus, excubijs,

Ioan. 4.

Ioan. 18.

Psal. 115.

Stobæus

serm. 42.

Psal. 59.

79.

vii.

cubijs, velitationibus, expugnationibus, actionibus  
 §. II. certaminibus exponit; & ut ait quidam, *ex animo*  
*belli, ubi fortissimum est pralium, ubi scit viros esse fortis-*  
*simos.* Ita Deus acrius premit famulos suos. Deinde, si-  
 cuti argumento est in nobis quid sublime esse, quan-  
 do in inuidia alijs sumus: *Summa petit liuor*: signum  
 est corpus esse, vbi videtur vmbra; argumentum est  
 ingenio, scientia, sedulitate valere causticum, impo-  
 tunè vexatum ut causæ patrociniū suscipiat: ita Deo  
 asperius impetente, & crebrius tribulationibus, vexa-  
 tionibusque exercente quempiam, argumentum est  
 hunc apud eum pluris fieri cæteris non ita afflicti.  
 Deditur exercitamentis ignauos, laboris, sudor-  
 rum, frigoris impatientes Deus: congregi cum robu-  
 stis, strenuis, patientibus, constantibus, ut gloriose  
 sit exitus, incessit eum libido.

Virgil. 6. *Æneid.*

*Nullum cum victis certamen est at hære castis.*

Idem 2. *Æneid.*

*Nullum memorabile nomen*

*Feminea in pena est nec habet victoria laudem.*

Te adoritur, constantiorem ratus: propria calami-  
 tate tua tibi est honori & decori.

Chrysofost. homil. 13. in cap. 4. Matth. *Ut capiat gran-*  
*de documentum thesaurorum tibi à Domino creatu-*  
*rum.*

VIII.

19. An etiam forte, ut iusti in his inferis possiden-  
 tes nihil quibus mentem subdant, liberius vnicè  
 Deum ament? Nonne intellectus vel sensus intentus  
 pluribus, minus est ad eorum singula attentus? Non  
 constat experimento oculum plura obiecta simul in-  
 tuentem, nullum eorum distinctius attendere? Sic  
 quo plura fuerint obiecta amabilia voluntati & affe-  
 ctui humano, eo minus perfecte amare potest ob-  
 iectorum amoris nobilissimum Deum. *Prius vultus for-*  
*tior dispersa, aiunt Philosophi. Ut Zelotes vnicè vultus*  
*excluso rivali vultu amari à coniuge; non conceditur*  
*videre, colloqui, conferre, amare alium quam se.* X

Non bene cum socijs regna Venusque manent:

Ouid. 3 de arte.

Exo. 20.

Cyfac Bar-

gia Dux

Valenci-

nenſis, de

quo Fau-

ſtus An-

drelinus:

Aut nihil

aut Caſar

vexillo

pingis

inani.

Fies pro

maguo

Cariate

ſtaite,

nihil.

IX.

Cant. 2.

Dan. 3.

Ezech. 1.

&c.

Apo. 10.

Act. 9.

Luca. 23.

Pſal. 90.

Sap.

Omne procul remouet iubeſtum partitionis cor-  
dis & amorum : ita Deus noſter teſtimonio proprio  
zelotes, Ego Deus zelotes, qui ſolus à ſuis ardentet & v-  
nicè vult deperiri, ex toto corde, ex tota anima, ex tota  
mente, qui ſolus in corde noſtro vult aut totum, aut  
nihil eſſe, qui, vt quidam ait, ero in corde meorum  
Aut Caſar aut nihil: non patitur quicquam penè gra-  
tum nutis, vt eorum cordibus in diuerſa non diſtra-  
ctis, in ipſis ſolus imperium teneat : vt eorum affecti-  
bus nullam boni vmbraſe ſectantibus, voicè ſerantur  
amore in verum bonum. Nuſquam eſt qui vbiq; eſt, in-  
ſit ſeneca. Pluribus intentio minor eſt ad ſingula ſenſus.  
Item nimia amplexus minus ſtringit, ait vulgus. ſupra  
dicta verò, noue proborum vergunt in commodum  
maximum: Vtiliter ergo Deus tuos affligit, omnium  
maximè inſonates licet : affligit quippe animo cumu-  
landi bonis omnibus iſtis, propter quæ regio illa in  
qua prodigus ſpecie teuus, ſi adſtruat innoxia, fame  
& ægèitate premitur.

20 Præterea, eo melius conditorem inueniunt, cui  
delite ſunt a fili. ctis ad eſſe.

Exod. 3. Jauent eum Moyſes, inter vepres: in medio  
ignis. Jauentur liſium, aſt inter ſpinas. Tres pueri vi-  
dunt quondam quendam adſtantem ſibi ſimilem ſi-  
lii homini; at Ethnæ Babylonico iniecti. Aliquan-  
do oſtenſe ſunt Ezechielis viſiones Dei, viſiones ſtupen-  
da, ſublimeſque; ſed patria paſſo, & in Chaldæâ tranſ-  
lato: ſed in medio captiuo. um iuxta ſtuum Chobar.  
Mitis conſolationibus recreatur S. Joannes Euange-  
liſta; inexplicabilibus confortatur revelationibus, ſed  
furorè Diocletiani relegatus in inſulam Pathmos. Ra-  
pitur in tertium cælum S. Paulus, ſed depreſſus, ab e-  
quo proſtratus, excæcatus. Vidit cælos apertos S. Ste-  
phanus, & teſum ſtantem à dexteriſ virtutis Dei, ſed ſa-  
rorum crepitantium imbre à Judæis oppreſſus. Audit  
latro lectiſſima verba, Hodie tecum eris in paradiso, ſed  
in cruce clauis ſuffixus. Deus adeſt tribulatis, iuxta  
praſtitam fidem: Cum ipſo ſum in tribulatione.

Hh

Sap.

Sap. 10. Descendit q. cum illo in foueam, & in requiem non dereliquit illum; donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant.

Cant. 3. Ipsa sponsa cunctanter questum non inuenit inter delicias. In lectulo meo per noctes quiescit quam diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni. Surgendum fuit ipsi à lectulo, ut eum inueniret; ac deum missis delictis inuenit. En commoda ex calamitatibus promanantia iustis.

Iustorum calamitates profunt spectatori- bus.

- 1.
- 2.
- Luca. 23.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.

Psal. 23.  
1. Reg. 2.

21. Verum, quænam reuenit utilitas spectatoribus tam probis quam improbis, ex iustorum citra ullam demeritum tribulatione? Laudat primum probus patientiam sufferentis; quam imitari nititur. Deinde argumentum sumit inapius philosophandi, & concludendi hæc lexi: *Si in viri di ligno hæc sunt, in arboris quid fiet?* Si tam seuerè desæuit Deus in iustum & iustum, quibus furij exagitabit me miserum peccatorem? Item: Multa bona meretur iustus: vult & potest multa largiri Deus: vult, ut iustus; ut omnipotens, potest. Si vult & potest, præstabit: aut non præstat in hoc seculo, ergo in futuro: ergo immortalis anima, quæ bonis istis fruatur, ergo datur paradysus & locus premij. Aduertite quæto insignes conclusiones, quæ deducere potest peccator ex ærumnis & tribulationibus iustorum. Potest rursus hoc modo ratiocinari: Non remunerat hic Deus bonos facultatibus mandanti, aut quia earum non Dominus, aut quia ea non sufficiunt. Non primum; nam *Dominus est terra & pleni sunt eius. Dominus pauperem facit & ditat*: igitur, quia mundana bona tam vilia ipsi videntur & sunt, ut minime sufficiant compensandis eorum virtutibus. Quorsum igitur ea tanti duco?

Plato 5. de legibus: *Nihil terrenum rebus celestibus venerabilius est.*

Ibidem: *Totum quod super terram, quodque sub terra est aurum, virtuti compensari dignè non potest. Quandoquidem aureos amnes terre superficiem legentes, non thesauros eius visceribus reclusos suis non laudat Deus, argumento est, eos non sufficere remunerandi.*

litando actui studioso viri iusti. Exigit igitur ratio, vt  
ta non magni faciam.

22. Quid vitra? Calamitates, quas patiuntur iusti  
non solum ipsis & spectatoribus profunt, *Diligentibus*  
*Deum omnia cooperantur in bonum*; sed & ipsis & Deo  
sunt honori, *in bonum honorabile*. Non ignoratis, ni  
fallor, diuersa esse bonorum genera. Sunt delectabi  
lia, ad voluptatem: sunt commoda, ad vtilitatem: sunt  
honorabilia, per quæ possidens honoratur. Non legi  
stis alicubi regium, i. est, generosum & honorabile  
benefaciendo mala audire, patiue? Et magis regium  
non vicisci? Nonne regium Themistocli multoties  
vitam exposuisse discrimini pro patria varijs in præ  
lijs, tum terra, tum mari, ac demum pro præmio in  
stiliu pelli? In quo quidem tam pius existit in pa  
triam, vt delectus ab Artaxerxe, ad quem expulsus cõ  
sugerat, in Imperatorem exercitus aduersum Athenas,  
maluit veneni sine sanguinis taurini haustu perire,  
quam arma in patriam lumere.

*Plutarchus tomo 1. vit in Camillo, & Luitius dec. 1. l. 5.*  
Nonne honorificum, & gloriosum, Camillo Romano  
Roma pulso, postmodum charã suam Romam à Brẽ  
no Gallorum Regulo oppressam redimere non auri  
pondere, sed ferro? Nonne honorabile Iobo, pati mala  
maxima post inemeratam vitam, nec verbulum mis  
sisse Deo ingratum: *In omnibus his non peccauit Iob la  
q; suis, neque stultum quid contra Dominum loquutus*  
*est*. Nonne maximus decor honoruẽ Iesu Christo,  
prosecutum fuisse Iudæam multis maximisque bo  
nis, ac tandem in Iudæa à Iudæa crucifigi, adhuc pro  
impia Iudæa orasse? Certè regium cum benè feceris,  
male audire & pati. Quemadmodum probro verito,  
effusè viuendo; omnibus ad nutum frui bonis, deli  
tjs, honoribus, auctoritate &c. ita summo honori  
duco laudabiliter viuendo, referre in compensam e  
gestatem, abiectionem, despectum: qua quidem mer  
cede omni tempore donati sunt virtuti dediti, tam  
nostræ veræ religionis, quam paganismi alumni.

*Plut. to. 1. vit. in Catone Maiore; Refert inter memo*

1.  
Honore  
tur Deus  
calamita  
tibus pio  
rum.  
Rom. 8.  
Tria bo  
norum  
genera.  
Plut. to. 1.  
vit. in  
Them  
istocle in  
fine.

randa dicta Catonis senioris Tusculani, aliquando  
cuidam respondisse. *Mallo se benefacti gratia, quam de-  
licti pena privari.* Alias quoque, mirantibus quibus-  
dam cur ipsi statua non erigeretur honorifica, et quo  
inferioribus decretae fuissent: *Quia, ait, malo quare  
nulla mihi sit pestis, quam quare pestis.* Quibus senten-  
tijs arbitrer intendisse maximo decori bene faciendo  
malè habere, silentio & patientia dissimulare. *Itaque  
summo honori iustus, pauperem, fa. nelicium, ab-  
iectum, variè in hoc seculo affectum esse, & pariter  
ferre. Satis nunc de honore iustorum ex misc. p. 1. relin-  
tante.*

II.

23. Jam attendamus gloriam qua Deo ex illis pro-  
uenit. Gloriosum certè ipsi, quod famulorum suorum  
inuincibilem patientiam videat mundus, qui despo-  
cti, iniurijs affecti, in exilium pulsi, iugulati, cæci, ob-  
mutescunt ut agnus coram tondente, vel maculante  
se.

Ecclesia  
in hymno  
de Martyr

*Caduntur gladijs more bidentium:  
Non murmur resonat, non quarimonia,  
Sed corde tacito mens bene conscia  
Conseruat patientiam.*

Psal. 37. *Qui inquirebant mala mihi, loquuntur  
vanitates. Et dolos tota die meditabantur. Ego autem  
tanquam surdus non audivam, & sicut mutus non aper-  
riens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, &  
non habens in ore suo redargutiones.*

Stobæus  
serm. 42.

Nunquam legistis de Principe quodam, qui ve-  
garis exteris demonstraret ut à subditis coleretur bo-  
norareturque, evocavit è sublimi utri quempiam  
qui illico, ad vocem Principis se præcipitem dedit ab-  
debat que omnes id ipsum præstituros, si evocaretur  
Honorificum profecto rebarur subditos habere pro-  
ptissimos ad nutum. Existimatis Perfarum Tyrannos  
honori non vertisse suo plurimum, quod cuius quispiam  
eorum iussu insons licet cæsus gratiam referat? Putatis  
Deum nõ ducere sibi gloriosum, quod Prophetes hab-  
exutus sine causa omnibus bonis adhuc dicat. *Dom-  
nus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedi-*

Iob. 1.

Quis? Quantus ille seruus, qui cæsus non obloquitur Domino! Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra? Aiebat Deus, quasi gloriatus de famulo, qui taliter afflictiùs obmutescerat vt agnus. Ipsa Balaam pseudoprophetae asina sufferre nequit se immetitam cædi: præter naturæ solitum ordinem voces fingit humanas.

Num. 22. *Aperuit Dominus os asinae & loquuta est: Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertio?*

Equus iniuria calcitibus petitus recalcitrat, & stimulationem profernere quantum potest nititur: seruus autem Dei stimulo petitus & repetitus, non sonat

*Iob in 18.*

verbum, non dicit: *Si autem bend. quid me cadis?* Grates

*Breu. R. 6.*

refert, cum cliente Persico, quod flagellari habitus sit

*10. Aug.*

ignis. S. Laurentius in craticula semi-coctus, ait: *As. & 9 No-*

*uemb.*

gis ferreis excarnificatus sub Maximiano impe-

*Psal. 32.*

tatore, nudatus omnino latera, læta voce emodula-

*Ouid. ele.*

batur: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Iob in

*de nuce.*

stet qui in iuo iacens: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.*

*\* Amb. 3.*

Afflicti sancti sunt ad instar canum fidelium, qui ma-

*Examer.*

gis cæsi, magis sequuntur Dominos suos: nucum, quæ

*Arist. 8.*

plus impetitæ, vberiozem fructum proferunt: \*

*pal. probl.*

ma, quæ quo fructu grauior, eo rigesceus magis af-

*Plut. 8.*

surgit: molorum, qui grauiore grauati sarcina velo-

*sympos.*

cuis perigunt: lapathi, apothecarij *Acerosa*, Romanis

*Plin. l. 26.*

rumex: Grecis *εξάλισα*, Florétinis *Agrèstini*, dicti, quod

*cap. 42.*

conculcatum v. relcit: scutiæ, qui vt lautè epuletur, o-

*Gellius l.*

mnia vertit in iocum; qui derisus, deridet; qui cæsus,

*3. Noct.*

& conculcatus, cachinnatur.

*c. 1.*

Juuenal. satyra 3. *Rid. s. Maiore cachinno,*

*Eras. in*

Concutitur: si dixeris estuo sudat.

*pron.*

Sanctorum palpouum Dei summi Monarchæ; qui Palmam

*ferre.*

aiunt: *Postremo imperaui egomet mihi, Omnia assentari.*

*Terent. in*

Adha c; honore suū promouet Deus tribulationib;

*Eunuch.*

Sanctorum: quidē sunt ipsi quasi subiectū exercende

*act. 2.*

miser cordiæ, & potētiæ: misericordiæ, piū se pra ben-

*scen. 2.*

do in miseros: sine ligno non operatur carpentarius.

*111:*

D. Aug. serm. 27. de verbis Domini: *Frangis panem*

esurienti, quia inuenisti esurientem. Tolle famem, cui frangis panem? Tolle peregrinationem, cui exhibis hospitalitatem? Tolle nuditatem, cui praeestas vestem? Non es egritudo, quem visitas? Non sis captiuitas, quem redimitis? Non sis rixa, quem concordas? Non sis mors, quem sepelitis? Si non essent miseri, misericordia non haberet locum: potentiae, eripiendo a labyrintho inextricabilis: inextricabili, non adeo cito: si cito, non tam paucis, aut tali modo.

*Matt. 18.* Nauigium S. Petri sauis fluctibus, & Laurentibus ventis concuti dissimulat, vt cum contrariis clamet, *Domine, salua nos perimus*: vt eorum misertus verbo vnico mare sedet, & in laudem suam predicetur: *Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei* vt probarentur calamitates imitari sanctis ad maiorem Dei gloriam, dixit Christus Lazarum Marie Magdalenae fratrem, infirmari non vt moreretur, praesepuere, is non fuit potissimus finis: sed vt manifestaret gloriam suam, mortuum ad vitam reuocando.

*Ioan. 11.* Infirmus hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificet in filius Dei per eam.

*Psal. 49.* *Etiam te, & honorificabis me.*

Franciscus Toletus comment. in hoc Joannis: *circo hac infirmitas permessa est, vt ea Deus glorificetur, & dum Lazarus ad vitam reuocatur, Dei virtus, & diuinitas in sanante & suscitante cognoscatur, vt in eum homines credant.*

Diuina enim prouidentia effectus inferiores in superiores fines & causas ordinat, vt docet Greg. Nyss. lib. 8. de Philosophia, cap. 8.

Dixit rursum Christus adolescentem non natum caecum peccato eius, aut parentum.

*Joan. 4.* *Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt caecus nasceretur, sed vt manifestetur opera Dei in illo.* Auditis ad manifestationem operum Dei natum caecum.

Hanc ipsam rationem confirmat S. Gregorius cap. 5. praefat. in Iob: *Nonnunquam quisquam nec pro peccatis, nec pro futura iniquitate percussus, sed vt sola diuina virtus potentia ex amputata percussione manifestetur.*

Idem Ibidem: Ideo Iob flagellatus, ut pro flagello diuina gloria laus cresceret, non autem ut per flagella, peccata que nunquam commiserat, emendaret. Ibidem habet diuersas percussionum diuinarum rationes. Item Gregorius Nicaeus aliquot de prouidentia Dei.

Liceat mihi hoc loco quæso Poëtam fingere: futurum reor, ut totius rei intellectum facilius assequamini. itaque, sicuti summè gloriosum & honorificum erat hæstæ Achyllis ( si tamen vera scribunt Poëtæ) Pelias dictæ, quod quicumque ea feriretur, haud aliter sanari à vulnere, quiret quam eadem denuò ictus: ita maximè honori vertitur Deo, quod necessarios vulneret, feriat que tribulationibus varijs; ac demum mira industria ab eis eos liberet. Vidistis vnquam medicum, ut sibi gloriam ex arte conciliaret, saucia esse, deinde sanasse sibi in amicitia primos? Eis toxicum propinasse, & altero intoxicato poculo curasse? Eiusmodi videtur Deus. Percutiam, amicos, & ego sanabo. Dominus pauperem facit & ditat; deducit ad inferos & reducit. Dominus mortificat & viuificat. Atque hoc totum, ut constet quid, quantumuè possit in extremis.

1. Reg. 1.  
Deut. 32.

Hæc propter rationes omnes sunt iustis tribulationes: quibusdam propter quasdam; alijs propter alias. Ob quam verò harum censeris rabida fame percussam regionem in qua morabatur prodigus, supposita eius innocentia: Dixerit, qui Deo est à secretis; ego verò inscitiam meam ingenuè propalo. Sit satis quod in genere dixerim insontes affligi hac & illa de causa: certe ob quam hunc, vel istū affligat, dicere nō ausim.

24. Penè absolueram: ast nō nihil remorabitur hæc victima ratio. Videor enim videre vos quærentes: Quoniam aduersitates iustorum nonnullæ non immittuntur eorum peccato præterito, aut futuro, solummodò ad manifestationem gloriæ Dei, qua iustitia id queat Deus? Falsè altero spoliato se vestire? Eripere in mari lignum, aut tabulam naufragium ipsius opera euadenti, ut ipsi nos in præiudicium eius saluemur?

Ius duplex, summam, & æquum bonum.

Cicero lib. 3. Offic. Detrahere aliquid alteri, & homi-

nem hominis incommodo suum augere commodum, natus est contra naturam quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera que possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.

ibidem; Neque vero hoc solum natura, id est iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus Respublice continentur eodem modo constitutum est, ut non liceret sui commodi causa alteri nocere.

Qui igitur Deus, ipsa bonitas, iustitia, legum anima opprimat, affligatque insontem ut Iob, & forte prodigi regionem, solius promotionis sui honoris causa, nullo alio merito patientis? Quodnam iustitiae exemplum hocce?

Vide Budaei annotationem in Padoctas. Ex lege 1. de iustitia et iure. in Evangelio Matthei 23 vocantur

Graci. Terent. in Adelph. Ille ut item me habeat facio solido, praetermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere, id est, ad rigorem, ut barbari loquuntur.

Heaut. Cicero 1. Offic. Columella 1. de Offic. patris F.

Erga colonum loquens habent pron.

Summum ius, summa iniuria, malitia, crux.

25. Dico itaque ius esse duplex; Ius summum, & rigidum; deinde equum, bonum. Si spectetis solum quod Iurisperiti dicunt equum bonum, Aristoteles dicitur, quod indocti nostri barbari adpellant epicuram, id est, secundum aequitatem, & bonam fidem iudicant; secundum \* ius mitigatum, remissumque: Aequitas enim; inquit Donatus, est quae ex iure multum remittit: profecto non ita affligendi essent iusti, Deo soboles clarissima.

Terent. in Adelph. Ille ut item me habeat facio solido, praetermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere, id est, ad rigorem, ut barbari loquuntur.

Decentia, aut ut loquuntur Theologi de congrua, nulla aequitate proborum res ad manica reducitur Deus.

Terent. in Andr. Quid facias ei qui deditur damnum, aut malum?

Luca. 23. Si in viridi ligno haec sunt, in arida quid fiet?

\* Saviere non decet patrem. Si vero spectetis Ius quod omnia recta & inflexibilia

exigit; ius strictum, quod vocant Jurisperiti, aut quod Theologis dicitur condignum; & Cicero. Ius summum;

respondebimus multis, per quae liquebit haud iniuria pios affligere, etiam meliores, iustioresque Aristide Atheniensi, Aeneae Troiano: sanctiores licet Jeremia, & Ioane Baptista, in utero materno sanctificatis, de quo

u m alterutro canitur:

Paulus Diaconus. *Non fuit vasti spatium per orbis  
Sanctior quisquam genitus Ioanne.*

Matth 11 *Inter natos mulierum non surrexit maior,  
sanctitate maximè, Ioanne Baptista.*

Dico itaque priuò: Tamen si calamitates non infligantur iustis pro peccato proprio & personali, neque immediatorum parentum: non tamen citra peccatum ipsorum vllum, propter quod solum Deus secundum *summum* & rigidum nulla eorum iniuria poterat longè grauioribus premere. Hic excutirent Ethnici peccatum non agnoscetes non personale; nec edocti aliquando peccatum dari nostrum, cuius rei sumus, & reuè corrigibiles, nihilo minus non commissum à nobis personaliter. Hoc paradoxum obscurius Cicero- nianis, & Stoicis, auribus Paganorum. Nos verò Christianos attendere oportet ad doctrinam Catholicam, quæ statuit peccatum originis; sic dictum aut quia prius patratum, aut quia mundi primordio commis- sum; aut quia aliorum omnium origo, aut quia in no- stra origine contrahimus ipsum; aut alio respectu: peccatum, inquam, quod admisit Adam in paradiso terrestri, non vt persona, sed vt natura humana, cuius nos, vtique indiuidua desegmina eius tanquam natu- ra humanæ, æqualiter rei, ob quod æquè omnes in ius vocari, æquè puniri pena æterna (taceo nunc penam æternam sensus) quæ damni dicitur, quæ & priuatio, gloriose fruitionis Dei, possumus merito: quæ pena cædit sexcentorum infernorum atrocitatem, ex sen- tentia S. Ioannis Chrysostomi, vt fauentibus Superis dicemus libro. *De finibus bonorum & malorum*, quem conscribimus, ni liuore oppressi suffocemur: & Deus vita nos dignetur, donec extremam ei imponamus manum.

Job 15. *Nemo mundus à sorde. Item: Cæli non sunt mundi in conspectu eius.*

Idem 14. *Quis potest facere mundum de immundo con- ceptum semine?*

Pl. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.*

Hh 5

Rom.

Chryst.  
5. hom.

47. ad

Antioch.

Idem t. 2.

in Matt.

c. 7. hom.

24. in il-

lud:

Omnis ar-

bor quæ

&c.

D. Aug.  
t. 3 l. En-  
chiridij  
ad Lau-  
rentium  
6. 112.

Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.

Gal. 3. Conclusis scriptura omnia sub peccato.

1. Cor. 15. In Adam omnes moriuntur.

Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mun-  
dam intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homi-  
nes mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Atque eiusmodi est peccatum istud, ut ipse solus  
causa, per baptismum quoad culpam & damnatione  
aeternam remissi licet, merito Deus, De condigno, iure,  
iure suo, iure stricto, ut vocant Jurisconsulti, seruat iura  
rigore, seruat apicibus iuris, si rigido iure procedat,  
punire nos possit, qua, quando, ubi libuerit, pecca-  
temporalis. Propter hoc videmus infantes mori, ante-  
quam maturescere, & varijs aerumnis premijer doctri-  
na D. Augustini tomo 5. l. 22. de ciu. c. 22. qui ait: *appa-  
ret humanum genus ad luendam miseriarum poenam esse  
damnatum Infantes sunt damnati, antequam nati: &  
licet renati, immunescit à damnatione per sanguinem  
Jesu Christi in baptismo, nihilominus tenentur ad  
huc poenis temporalibus arbitratijs. Si in diuina  
quaque natura vniuersalis & qualiter non punit, be-  
neficij, gratiae singularis, non debiti iustitiae est.  
Cum itaque ad augmentum honoris Maiestatis suae  
infligit Deus hanc vel illam calamitatem, ut forte fa-  
mem, prouinciae suppositae in fontem, in qua agebat pro-  
digus, haud citra iustitiam & ius: potest siquidem oc-  
cassione peccati originis, propter quod durius multa  
nos potest excipere aucto iure.*

Ut vero quid iuste peragatur, sufficit non admitti-  
tam esse iniustitiam, tamen si per modum iustitiae non  
fiat. Exempli gratia. Sint creditori debitores multi,  
à quibus solutionem iure suo misericordia morosus  
non extorqueat: exposcat tamen à quopiam ipso-  
rum partem debiti, ut ea ratione gazas suas ostentet,  
aut quae honoris sui sunt promoueat; haud iniustus  
erit debitori huic, quippe plura debenti. Ita, si Deus  
noster, cui omnes decem mille talentis tenemus, pec-  
cens impijs, nec eos pro demeritis corripit, mole-  
ste sanctos diuexet, quibus indulgere debuerat. *108.*

CONCIO TERTIA.

123

*Ingruo. ex aquo & bono; nullam infert iniuriam de con-  
digno summo iure. Ad normam equidem iuris huius,  
non datur adeo pœna atrox, qua non meruerint atro-  
citerem peccato originis.*

Dico secundo: Quantumuis Regio fame valida percussa, aut ærumnoius iustus quis fuerit insons, nihilominus in Deo vlla statui nequit iniustitia. Vt autem glomerem euoluamus, notandum, Deo fame, ægitudine, damno feriente pium quempiam, non ita accipiendum, ac si ad ipsum pertineret, vel ipsi deberetur id quo priuatur ea calamitate: sed intelligendum est, Deum nolle ipsi istud vel illud largiri, quomodo alia largitus est; vtique qui nullatenus tenetur hoc vel istud ei tribuere. Dona si quidem Dei gratuita sunt, *Alioquin gratia iam non est gratia.* Igitur quando non præstat Deus Regioni, aut homini priuato omnia pro votis, vt annos plurimos, sanitatem, bonorum affluentiam, honores &c. nõ subtrahit aut retinet debita; sed non donat, quod alioquin donare poterat non obligatus. Id autem minime iniustitia, sed terminus, & finis liberalitatis est ipsius. Quocirca, optimè respondit procurator Patris familias vinitori ambienti ultra pactum denarium diurnum, nec tamen ultra obtinenti, tametsi ultra ipsi donari potuisset. *Amice, non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & uade.* Licet dare queam id ad quod teneor, tibi haud iniustus videat, si non dederõ: nec enim mea in te liberalitas vltèrius protenditur. Si cui conferat Princeps honores, munia præclara, præfecturas gratis; denegat autem ædès magnificas, villas, census, quæ alijs largitus est; haud illius iniuria: iniustus non censetur, sed munificentia in eum suæ fines vltèrius propagare nolle. Pari modo Deus, à quo quicquid possidemus accepimus, non tanquam debitum, sed vt gratia & priuilegiũ; qui nihilo, ad nihilum, pro nihilo nobis tenetur, non augens iustissimũ, aut innoxia ciuitatè prosperis, opibus &c. sed potius sceleratos, nequaquam iniquitatis, iniustitiæue in insontè argui potest: nec enim ipsi denegat suũ, *de condigno summo iure;* neq;

Rom. 11.

Mat. 20.

ex

ex aequo & bono, aut de congruo, ut aiunt alij: solummodo non dat, quod penes ipsum stat liberè & iustè dare, aut non dare. Haud iniustitiæ notandus, dimisso sancto inter peccatores misero, quanquam omni scelerè vacuo: non magis quam iniuriam facit equo generoso fame & miseria pereunti, macilentum inuilemque alterum domi, foris, pace, bello, pigui pabulo vbereque pascens; quia hocce placitum eius, & pro arbitrio de suis disponere potest. *An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?*

Amplius dico: supposito hominem iustum: dona & beneficia Dei non ex gratia, sed debito procedere; ad huc si Deus postmodum ea adimat, ut quæ honorem Maiestatis suæ spectant vrgeat, quod nullam committit iniustitiam: omnes enim ceu clientes humillimi semper tenemur Deo. Res elatior fiat cõparatione. Dictant iustitia & ratio ciuem exponere facultates, sanitatem, quin corpus, & vitam in gratiam honoris Principis, & boni publici: quomodo iubet natura membra ignobiliora corporis naturalis deludare & laborare ventri; omni se obijcere discrimini, curando capiti; uti ab ipsis docemur serpentibus.

Cicero 2. de legibus: *Pro patria mori, & ei nos totum dare, & in ea omnia nostra ponere, & quasi consecrata debemus.*

Idem 1. Offic. *Pro patria quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? O ut glorioso in lecto naturæ concedit, aut magis honorificam adipiscitur vitam, moriens ut uiuat patria; pauper factus, ut diceret illa! Hinc Mutius euidenti se obiecit periculo mortis, Porfenam cædens hostem medijs in castris, & recharam patriam Romam ab imminente seruitute vindicaret.*

*Linus*  
dec. 1. l. 2.

*Orosius*  
c. 5. Val. l.  
5 c. 6. Pro-  
pert. l. 3.  
Quid in

*Titus Linus decade 1. l. 7. Hinc celeberrimus M. Curtius lubens in hiatum se citato equi cursu armatum præcipitem dedit, dilecta patria ne absorberetur. Et facere, & pati fortia Romanum est.*  
*Stobæus. ferm. 1. In gratiam commodi publici patriæ*

trix Ægistheus filius Mydæ Regis edoctus oraculo  
 hiuleum terræ hiatum apud Celenem Phrygiæ non  
 coiturum nisi iniectioe rei præstantissimæ, vltro se  
 armis instructum, conscenso equo in præcipitium de-  
 dit: missa charissima coniuge Timothea, quam vt la-  
 boraret patria.

*Ibin. Ti-  
 tus Liu.  
 dec. 1. li. 2.*

*Iustinus lib. 2.* Codrus Atheniensium Rex rusticum  
 simulans hostem prouocauit, irritauitque, vt citò pe-  
 tens pristino nitore floreret Athenæ. *Codrus pro pa-  
 tria non timidus mori.*

*Horat.*

*Plutarchus tomo 2. moral. de apophr. Lacedæm.* Lacedæ-  
 mones gemini, Buris & Spertis secundum Plutar-  
 chum; aut secundum alios Bules & Sperches, missa  
 sponte patria, vltro se in potestatem Xerxis Persa-  
 rum Imperatoris dederunt, paratos quod lube-  
 ret mortis genus subire, vt Lacedæmonem à pesti-  
 lencia merita cæde fecialium Regis expiatam suo fato  
 liberarent.

*Stob. ser.  
 1. ex The-  
 seo.*

*Cicero l. 1. Tuscul.* Iphigenia in gratiam prosperæ na-  
 uigationis Græcorum suorum immolatur lubens. E-  
 quidem alce impressit natura tabulis cordis nostri le-  
 gem, qua iubemur omnia tentare, cuncta pati pro pa-  
 tria. *Dulce & decorum est pro patria mori.* Id ipsum pa-  
 triatur spontaneè subditus pro Rege, capite, & nobilio-  
 ri parte patriæ, sine quo non subsistit patria, haud se-  
 cus ac corpus animale, sine capite & corde. Si vt ferri  
 acies acapite, aut mucro à corde auerratur, crura, bra-  
 chia, & quicquid corpore humano cõtinetur, promp-  
 tè sese ingerunt & opponunt: quorsum Reipub. mem-  
 brum reuertet pati pro conseruatione, defensioneque  
 verticis, & Principis eius? Hoc tenentur membra ca-  
 piti & cordi: hoc subditi Domino. Non delinquunt  
 in legem naturæ caput & cor, exponentia mutilatio-  
 nis discrimini cætera membra sui tuendi gratia: ita  
 haud iniustitiam committit vllam legitimus Princeps  
 subiectos exponens certo & euidenti periculo mor-  
 tis, obijciens laboribus, calamitatibus, facultatum  
 iacturæ, pro conseruatione, & sui ipsius, & boni pub-  
 lici totius regni. Quod sui muneris est præstant bra-  
 chia.

*Horat. l.  
 3. carm.  
 ode 6.*

chia, si se ferro opposuerint, ut caput, corq; tuerentur. Non est iniuria potiori venæ corporis humani medicina sanguinem educendo, ne utrumque peccat. Nō peccat in corpus serpens, si ut caput illacum tueratur, ipsum pariatur discindi.

Non est porro Deus inferior ad nos, Rege respectu subiectorū; capite aut corde ad cætera membra corporis: adeoque haud minus tenemur ipsi quam membra corporis capiti & cordi: nec ipsi minus imperium in nos, quam cordi & capiti in membra; aut Regi roto in clientes: nullam igitur committit iniustitiam, si ob bonum commune, ut alius fidem figat (quæ vera salutis via hominibus), quin si ad solum gloriam, honoris, laudis sui nominis augmentum in si: imitati, dispendio, exilio &c. obijciat omnium iustissimos.

Amplius statuo: Non solum non iniustus est Deus affligens insones: sed ipsi iusti reatu tenerentur, si prorsus incidat calamitas, diceretur, ægritudo illa, fames, eiection &c. faciet ad promotionem gloriæ Dei, & propagationem fidei, nec eam lubentes amplectentur citissime in obsequium Dei. In hoc namq; casu tenemur iustitia & iure nos subdere, nos vltro offerre ut patiamur. Durū fortassis videatur, sed verissimum: quod sic probo. Vita infinites preciosior est fœnitare, opibus, honoribus, quibus potiri queat homo, in humanis. *Pelle pro pelle. & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Rursus, exola est multo magis mors omni languore, exilio, paupertate. Martyres autem tenebantur subire mortem, perdere vitam propagandæ fidei, & gloriæ Dei causa; igitur & nos tenemur minora pati si fecerint ad dilatationem fidei, & maiorem Dei gloriam.

iv.

Respondeo præterea, ut finem his imponamus, Deum nullatenus iustitiæ metas excedere, iustos miseris premendo in hoc seculo. Qui tunicam hanc tritam, pannosam, & interitui iam proximam mihi detraheret; haud iniuriâ certè, si animo donandi me meliori, honestiori que: nec enim iniustitia committitur, minus maiori bono compensando. Porro est

concedamus bona corporis, ut aiunt, ut robur, sanitas, species, &c. & quæ fortunæ dicuntur, ut opes, honores, status, &c. aliquid esse; verumtamen non datur tam cæcitiis Philosophus Christianus, qui his non præferat bona gratiæ & gloriæ; & qui non iudicet invisibilia prævalere visibilibus infinitis spatijs. Igitur adimat Deus sanitatem, opes, auctoritatem, &c. aut similia nunquam largiatur iusto, animo cumulandi cum potiori gratia in hoc, & gloria in altero seculo; quis iniuriam dixerit; non magis necessitudinis arctissimæ argumēta monstrare?

Matth. 16. *Quid enim prodest homini si uniuersum mundum lucretur, anima uero sua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?*

Matth. 13. *Negōtiator Euangelicus inuenta una pretiosa margarita abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emittit eam.*

Sap. 7. *Præposui illam (scilicet sapientiam timoris Domini) regni & sedibus & diuitiis nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparati illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in comparatione illius.*

Ad quæ respiciens S. Iacobus Apostolus, ait: *Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias intideritis, scientes quod probatio fidei uestra patientiam operatur.* Iac. 1.

Istiusmodi gaudiū occupet cor generosum si quando tribulationes cateruatim irruant; captata scilicet occasione certandi, & haud spernendum honorem sibi conciliandi apud Deum: qualiter exiit, exultatque generosus caballus tubis perstreptentibus, & ad arma conclamantibus. *Stare loco nescit, si qua sonum arma uideret.* Virg. 3. Georg.  
Idem: *Beatus uir qui suffert tentationē, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uitæ.* Felices calamitates, quæ fores occludunt peccatis, aperiunt innocentiz: compellunt homines confugere sub ymbra alarū Dei nostri. *Felix necessitas, quæ ad meliora cōpellit.*  
Feli.

Fœlices, quæ nobis sunt sigillo & signo manuali, quod certi efficiuntur nos amicitia singularis actio solenne iunctos Maiestati eius. O potum! O calicem optimum tribulationum secularium! Calicem quem ante

*Ioan. 18.*

*mibi Pater, non vis ut bibam illum? Diuorum nece tribulationes, utique peculiaris Iesu Christi potus. Pater*

*Matt. 20.*

*si bibera calicem, quem ego bibiturus sum? Ut exoptanda aduersitates, quando quidem argumento sunt non aliquid esse! Cuius manibus arduum hocce opus committit Deus, beatus. Sacra, mellitaque aduersitas, quæ ut Deum unice amemus, ne affectus & animi oculi huc illuc vagi palantes adament creaturas. Conditio foro cedentes efficiis! Calicem salutari accipiam. Vt*

*Pf. 115.*

*D. Ignatius apud*

*D. Hier.*

*de script.*

*Ecclef.*

*nam patienter vos perferam, quod sub disciplina vestra ardētius Deum meum deperire addiscam. Ignis, mors, bestia, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me tantum Christo fruatur. Grata adueniens calamitas, quæ*

*ab animis nostris lima deradis rubiginem veteratorum peccatorum? Quæ, ceu in speculo pellicido reflectens, quid, quantumue valeamus? Gloriosa aduersitas, quæ alijs quasi in theatro exhibes constantem masculinum, Herculeum animum nostrum! Omni-*

*bus votis concupiscenda tribulatio, quæ quores adueniens, totidem corollas componis! Quæ nos omni theoria, omni disceptatione philosophica, omni academia erudis altius, mititatē, commiserationem me in miseros! Dux fidissima, quæ donec inueniat Deum deducis individue! Vrbana miseria, quæ nos regio dignamini honore, studiosè sectato bono, male intelligendo! Ciuiles, quæ Deum honoratis, omnibus propalando alacrem patientiam famulorum eius operum!*

*Ut nunc perspecta specie venustate, bonitate vestra amore vestri flagro! vos amplector, vos celo propter beneficia, quæ præstatis ijs quos familiariter frequentatis? Erumna sacra, per vos liceat mihi aliquo modo honorem & gloriam Dei, cui me totum debeo perurgere? Eia, gradum urgete, iurate certatum in me, ut grando agrum impetit, si quomodo efficiam*

*ut*

ut glorificetur Deus ! *Hic ure, hic seca, ut in aeternum  
 parcas. Inundet, & exundet Oceanus afflictionem: Insi-  
 gar in limo profundi, ut non sit substantia: operiar flu-  
 ctibus tribulationum, non submergat, adsum lubens:*  
 si hac ratione perurgere queam fidem & gloriam san-  
 ctissimi nominis tui. Promouere gloriam Dei nolunt,  
 qui pati detrectant. Ut parum curant te inuenire Do-  
 mine, qui vt te iuueniant inter solas rosas, inter nul-  
 las spinas dies ducere nituntur ! Ut floccifaciunt in-  
 miseros misericordes fieri, qui nullam omnino pati  
 miseriam contendunt ? Ut suum tepidè zelantur ho-  
 norem, qui cunctis non afficiuntur diadematum ?  
 Quam de conscientie puritate tepidè sunt solitici qui  
 prorsus renunt perpoliri edaci lima afflictionum ! Ut  
 tepidè & imperfectè ad amorem tuum suspirant o De-  
 us, qui amoris obiecto carere nesciunt ! Ut molles de-  
 licatuli que milites, aspernantes potum ducis sui Jesu  
 Christi: *Possun<sup>9</sup>*, melius Zebedeo nati. Vos, Auditores,  
 dicite cum Apostolis illis geminis animo resolutis,  
*Possumus, & volumus exemplo tuo pati o Iesu bone.*  
*Calicem salutaris accipiam.* Non est famulus pretiosior  
 Domino. Dedecet Joab exercitius Daudici Impera-  
 tore humi sub papilionibus cubante, flammis & ferro  
 medio, vt Vrias domi, in molli strato, inter amplexus  
 Bethsabee placidè quiescat. Indecorum, sub vertice a-  
 culeatis spinis redimito, reliqua membra fulciri, res-  
 pergi que rosas, & floribus molliter. Patimini libenter,  
 Auditores, cum capite vestro Jesu Christo, quò digna  
 membra tanti capitis habeamini. Sufferatis cum Jesu  
 Christo famem, egestatem, opprobria &c. vt tanti du-  
 cis milites, tanti Domini famuli haberi mereamini.  
 Compatimini, animosè, compatimini ipsi, e-  
 nim uerosi compassi fueritis, conreg-  
 nabit & confouebimini cæ-  
 lestibus ipsi. A-  
 men.

*Matt. 20:  
 Psal. 115.  
 Ioan. 13.  
 2. Reg. 11,*